






1837
ARTES
SCIENTIA
VERITAS
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
E PLURIBUS UNUM
SI QUAERIS PENINSULAM AMOENAM
CIRCUMSPICE


1837
ARTES
VERITAS
SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
E PLURIBUS UNUM
SI QUAERIS PENINSULAM AMOENAM
CIRCUMSPICE

ARCHIV

für

Philologie und Paedagogik.

Herausgegeben

von

Dr. Gottfried Seebode,

M. Johann Christian Jahn

und

Prof. Reinhold Klotz.

Siebenter Band. Erstes Heft.

Leipzig,

Druck und Verlag von B. G. Teubner.

1841.

Neue

JAHRBÜCHER

für

Philologie und Paedagogik,

oder

Kritische Bibliothek

für das

Schul- und Unterrichtswesen.

In Verbindung mit einem Vereine von Gelehrten

herausgegeben

von

Dr. Gottfried Seebode,

M. Johann Christian Jahn

und

Prof. Reinhold Klotz.



Siebenter Supplementband. Erstes Heft.

Leipzig,

Druck und Verlag von B. G. Teubner.

1841.

SVMME VENERABILI

GODOFREDO

THEOL. ET PHILOS.

PVBLICO ORDINARIO

LIPSIENSIS ET

QVO ANTE

PAEDAGOGII

BREVIS DE

Hodierni dies

ante quinquaginta annos

demia Lipsiensi

mos in

Musarum et Mercurii

non ad

elatae principes viros

cendo et scribendo ex

gratulatur igitur

cumque ut ex ore

Anmerkung.

Herrn Prof. Dr.

Gedichten, die

veranstaltet worden

ten und Gedichte

ren. Ueber die übrigen

mischen und

Neuen Jahrbüchern

VIRO

SVMME VENERABILI AC PERILLVSTRI

GODOFREDO HERMANNO

THEOL. ET PHILOS. DOCTORI ELOQVENTIAE ET POETICES PROFESSORI PVBLICO ORDINARIO PRAEFECTO EQVITVM ORD. SAX. VIRT. CIV. VNIVERS. LIPSIENSIS ET ORD. PHILOSOPH. SENIORI SEMINARII PHILOLOGICI DIRECTORI SOCIETATIS GRAECAE PRAESIDI

DIEM FESTVM

QVO ANTE QVINQVAGINTA ANNOS PHILOSOPHIAE DOCTOR ET LIBERALIVM ARTIVM MAGISTER RENVNTIATVS EST

GLORIOSE REDINTEGRATVM

PIE GRATVLANTVR

PAEDAGOGII REGII HALENSIS INSPECTOR ET MAGISTRI

INEST

BREVIS DE IOANNE AVGVSTO IACOBSIO PHILOLOGO HALENSI NARRATIO.

Hodierni diei sollemnitas, VIR SVMME VENERABILIS, quo ante quinquaginta annos summos philosophiae honores in alma academia Lipsiensi more sollemni suscepisti, non tam ad coniunctissimos in prisca litterarum sede collegas, non ad eius urbis, in qua Musarum et Mercurii certamen videtur esse, cives honestissimos, non ad Saxoniae civis unius clarissimi splendore ac gloria ex merito elatae principes viros pertinet: pertinet ad eos, de quibus TV docendo et scribendo ex illo inde tempore egregie meritus es. Congratulaturi igitur laetissimum hunc diem accedunt ad TE, quibuscumque ut ex ore TVO vero atque ingenuo litterarum amore in-

---

Anmerkung. Bei folgender Auswahl der bei der Jubelfeier des Herrn Prof. Dr. Gottfr. Hermann erschienenen Gelegenheitsschriften und Gedichten, die nach dem Wunsche einer grössern Anzahl unserer Leser veranstaltet worden ist, war es natürlich Pflicht der Red., blos die Schriften und Gedichte aufzunehmen, welche im Buchhandel nicht zu haben waren. Ueber die übrigen bei dieser Gelegenheit zahlreich erschienenen prosaischen und dichterischen Erzeugnisse vergleiche man den Bericht in den Neuen Jahrbüchern selbst Bd. 30. Hft. 4.

flammarentur contigit, omnium vero ardentissime societati Tvae graecae et nuper et hodie adscripti, qui, cum tamquam parentem et patronum suum Te observent et colant, dignitatis et gloriae Tvae non per Germaniam solum, sed per universum terrarum orbem, ubi antiquitatis studia vigent, locupletissimi testes sunt Tvvmque perfecti et omnibus numeris absoluti critici exemplar felicissimo successu imitantur. Sed quem Erfurdtii, Reisigii, Passovii, Naekii, Lobeckii, Thierschii, Seidleri aliique praeclari viri, quorum nomina persequi infinitum est, praeceptorem divina quadam providentia sibi datum coluerunt, eum iam universae Germaniae praeceptorem esse nemo infitiabitur. Pertinet igitur hodierna sollemnitas ad omnes academias, ad omnia gymnasia, quorum praeceptores quantum Tv litteris promovendis studium impenderis quantaque eae ex Tvis curis incrementa ceperint, grato cum animo recordantur. Etenim omnes Te venerantur principem non philologorum, quod nomen meritis Tvis tam aptum tamque conveniens Tva modestia nuperrime deprecata est, sed principem philologiae, per quem metrica arte novis fundamentis superstructa et in artis formam redacta philologarum doctrinarum orbis amplificatus, per quem grammatica graeca ad causarum indagationem traducta et incredibiliter aucta est, per quem Homerica carmina, lyrici, scenici, bucolici, epici Graecorum poetae felicissimo ingenio mirificaque mentis sagacitate et sollertia ad pristinam integritatem restituti et accuratissima eruditione explicati sunt. Insignia vero ingenii Tvi monumenta quantam vim habuerint ad litterarum nostrarum conformationem cum bene sciant, quicumque quae earum ante Tvam aetatem ratio et forma fuerit non ignorant, tum maioribus laudibus postera celebrabit aetas, quoniam vitio malignitatis humanae vetera semper in laude, praesentia in fastidio sunt. Sed Tvae laudes praecones requirunt facundiores nobisque ne eas culpa deteramus ingenii studiose cavendum est.

Illa igitur uti universae patriae nostrae communia sunt, ita nos Halenses grati animi testificandi venerationisque declarandae peculiares et proprias causas habemus. Vrbem nostram ob matris pietatem Tibi caram esse saepius professus es; ex Fridericiae universitatis amplissimis doctoribus multos habes assiduo usu atque commercio Tibi devinctos; A. H. Niemeyero, quem totum nobis vindicamus, sacra semisecularia festivo et elegantissimo carmine gratulatus es; Tva denique de nostra schola praeclara merita singularem praedicationem postulant.

Etenim plerique, qui in paedagogio regio docendi provinciam obtinuerunt, ex saluberrima discipulorum Tvorvm Halas evocatorum institutione prodierunt. Apud Halenses docuit quondam Augustus Seidlerus, docuit maximo plausu Carolus Reisigius, docuit aliquamdiu et laudis inveniendae rudimenta fecit Fridericus Ritschelius. Sed cum non soleat in discipulorum discipulis idem usu venire, quod in nepotibus saepenumero fieri videmus, ut cariores sint

avis quam ipsi parentes, non arctius quoddam Tecvm nobis intercederet necessitudinis vinculum, quam omnibus de instituenda iuventute scholastica bene merentibus, nisi inter decessores nostros numeraremus permultos, qui cum scholis Tvis aliquando plures per annos interfuissent, litterarum scientiam ex Tva disciplina haustam cum paedagogii regii et magistris et discipulis communicarunt. Quorum ex numero est Ioannes Augustus Iacobsius, rerum nostrarum quondam praesidium et ornamentum, est Ioannes Carolus Thilo, vir summe venerabilis, in quo etsi dubitant multi an maior et praestantior philologus sit quam theologus, de animi tamen integritate et candore consentiunt omnes; est Godofredus Stallbaumius, collega nunc Tvvs, quo nullum scimus Platonicorum scriptorum interpretem doctiorem et uberiorem; est Guilelmus Graefenhanius, praematura morte nuper suis et Muehlhusano gymnasio ereptus. Nec defuerunt nobis qui ex graeca Tva societate interioreque consuetudine ad nos pervenirent, ex quibus iactamus Augustum Ferdinandum Naekium, Fridericiae Guilelmiae Rhenanae universitatis nuper singulare decus, Ludovicum Bachmannum, qui una cum Fritzschio Tvo apud Megalopolitanos antiquarum litterarum studia sustinet ac fovet, Fridericum Guilelmum Graserum, in gymnasio Gubenensi prorectorem merentissimum, Carolum Foertschium, Ilgenii et Wernsdorfii in gymnasio Numburgensi sapientissime moderando successorem dignissimum, Albertum denique Dryandrum, civem nostrum et collegam dilectissimum, qui subtilem et accuratam eruditionem ex Tva se disciplina una cum Bergkio, Scheibio, Dietschio aliisque hausisse praedicat et prae se fert.

Hisce de caussis, maximis sane et gravissimis, noluimus nobis deesse Tibique, Vir Svmme, leve hoc munusculum obtulimus, quo Iacobsianae vitae, ingenii animique imaginem ob oculos ponere conati sumus, quod illius viri laudes ad Te quoque, cuius scholis quondam excitatus, cuius scriptis eruditus est et in quo summum humanitatis specimen inesse et ipse persuasum habuit et discipulos suos commonefecit quotidie, ad Te earum principem et auctorem videbantur referendae esse, praesertim cum publico adhuc teste et praedicatore carerent. Illud vero si sueta benevolentia animi exceperis, non in argumenti levitate orationisque tenuitate offendes, sed voluntatem pietatemque spectabis, cuius testificandae gratia haec omnia suscepta sunt. Quae quoniam Tvis oculis, quem egregiae latinitatis non imitatorem, sed summum artificem esse inter omnes constat, subiicienda sunt, aegre ferebamus non verum esse, quod vulgo dicunt, pietatem veram et magnam sua sponte disertam esse nec mutum quemquam esse atque infantem sinere.

Hodierno die pleno pectore vota suscipimus, ut deus optumus maxumus vegetam Tibi et incorruptam senectutem tribuat, quae ad extremos usque humanae naturae constitutos terminos propagata et

frequentissima discipulorum caterva stipata laudem TVAM perennem conservet nominisque TVI clarissimi memoriam aeternitati aeqnet.

Scripsimus Halis Saxonicis mense Decembri a. MDCCCXL.

IOANNES AVGVSTVS IACOBS*) natus est die septimo et vicesimo mensis Aprilis anni MDCCLXXXVIII. Pitzbuhlii, qui vicus est ducatus Magdeburgensis, bonis parentibus atque honesto loco. nam patrem habuit rei rusticae peritissimum eodemque tempore agrorum in ista regione ad dominium regis pertinentium curatorem. Cui cum plures filii nati essent, quorum alii aliis negotiis ac muneribus praeparabantur, ille, cuius in tenerrima iam aetate magna elucebat ingenii felicitas discendique aviditas, doctrinae studiis destinatus est. Per domesticos praeceptores, in quibus Grasshoffius, qui postea Berolini caecorum institutioni praefuit, aliique nonnulli postea admodum clari honoribus fueruut, eruditus est puer iis litteris quae communiter discuntur ad religionis et vitae communis usus necessarios. Prima haec elementa cum celeriter arripuisset, in scholam Magdeburgensem missus est, ut linguarum antiquarum rudimenta ceterasque partes puerilis doctrinae rite perciperet. Tantam vero excitavit sui spem, ut nec patrem sui consilii poeniteret isque, qui domicilium sedemque fortunarum suarum in fundum Reinsdorfensem prope Halas situm transtulerat, puerum vix tredecim annos natum scholae principali Portensi traderet ad eas litteras artesque discendas, quibus ingenia ad humanitatem conformantur. Cum litterarum cognitione satis instructus esset (erant enim ista aetate qua scholae a permultis expetebantur in admittendis discipulis difficiliores), receptus est inter scholae Portensis alumnos die octavo mensis Octobris a. MDCCCI. Erat illo tempore in puero magna corporis firmitas certaque valitudinis stabilitas currendo, natando, equitando aucta ac corroborata: quibus corporis bonis summa ingenii alacritas memoriaque tenacissima accedebat. Quae omnia multum valuerunt, ut in litterarum scientia praeter ceteros proficeret et optimos quosque commilitonum celeriter superaret, praesertim cum antiquitatis studia maxima cum cupiditate coleret et tractaret. Tales virtutes uti magnam ipsi apud discipulos auctoritatem paraverunt, ita conciliarunt etiam praeceptores, ut ipsum imprimis amarent in filii modum eiusque rebus fideliter prospicerent. Ex praeceptoribus vero Portensibus ADOLPHVS

---

*) Huius viri de vita et scriptis pauca tantummodo litteris mandata sunt ab Herm. Agath. Niemeyero in eo libro, qui raro in philologorum manus incidit, in: Neuere Geschichte der evangelischen Missionsanstalten (Hal. 1830) fasc. LXXVII. p. VI. sqq., ex quo fonte sua hauserunt Ioann. Carol. Bullmannus in: Denkwürdige Zeitperioden der Universität Halle p. 312 sqq., praeterea qui in Novo Necrolog. german. vol. VII. p. 847. de Iacobsio commentatus est, denique industrius ille vitarum opifex Henricus Doeringius in Encyclopaedia artium et doctrinarum Sect. II. Vol. XIV. p. 17.

Gottlob. Langius*) Iacobsium maxime sibi devinxit, quia illius mirifica quaedam ars erat iuvenes ad litterarum studia excitandi eorumque animos ardenti erga quaevis excelsa et pulchra amore inflammandi. Illi igitur viro Iacobsius acceptum referebat quicquid in litteris profecisset, illius disciplinam libenter ac saepe laudabat grataque memoria prosequebatur, illius etiam auctoritate initia facta sunt amicitiae, quam noster cum Augusto Ferdinando Naekio, cum Petrosilio, cum Grabnero aliisque paucis aequalibus habuit fidelem et iucundam, omnium vero maxime cum Carolo Immanuele Nitzschio, Caroli Ludovici filio, Vitebergensi. Qui quamquam dispari erat ingenio moribusque diversis, reprimebat enim Iacobsius in summa quam prae se ferebat constantia, reprimebat igitur et cohibebat amoris sensum in hominum adspectum progredi gestientis, tamen litterarum communio vitae consortium effecit, quod subsequentibus deinceps annis confirmatum mutuisque officiis ad mortem usque Iacobsii pie cultum est. Neminem autem nostro coniunctiorem fuisse amicitia, cum aliis comprobatum est documentis**), tum ea epistola, quam anno MDCCCXII. ad Nitzschium, tunc ecclesiae Vitebergensis primariae diaconum philosophiaeque doctorem, dedit Observationibusque criticis praemisit, intimos illa tenerrimi amoris sensus aperiente et recludente. „Ab aurea inde, inquit pag. 9., amicitiae nostrae aetate, quae optimorum hominum assensu et applausu laete efflorescebat et aequalium coronae tanquam exemplar imitandum laudabatur, ubi litterarum amore numinis vi repleti sacros celebravimus festos in magnorum virorum, qui et fuerant et tunc erant, honorem, ubi omni iuventutis vigore et nisu summa quaeque futuro tempore subeunda, ludentes fere animo

---

*) Praeclari viri in laudes digredi non huius est loci; ex merito laudatus est a Carolo Georgio Iacobo, viro litteratissimo, in Miscellaneis Langii ab ipso collectis p. XXXII. sqq., a Frid. Thierschio, viro summo, in iis quae de Dissenii sui iuvenilibus annis narravit p. VII., denique a Reinhardo Sternio tum in narratione de Carolo Dav. Ilgenio p. 23. sqq. tum in Annalibus Halensibus h. a. Nr. 270. sqq. Non alienum tamen videbitur exscribi verba, quibus Iacobsius Langii de se merita praedicavit in observationum libello p. 9.: „Huic viro, inquis (allocutus est ibi Nitzschium suum), huic, qui priscis Graecis comparandus vereque καλὸς κἀγαθὸς, studiorum primitiae tradendae a me erant. Certe non sprevisset parvulum donum; attamen maiora maturioraque ei deberi sentio, quae forsan aliquando, si deus adiuvet, laeta cum fiducia ei offeram. Hoc vero teneas virum illum, tanquam unicum, quod agendo assequar, animo obversari exemplar, cuius amor solatium mihi praebet in quavis re adversa, cuius adhortatio vires suppeditat ad summum quodque audendum. Huius viri recordatio, dum haec scriberem, omnibus amicitiae illecebris subiit animum vehementissimoque eum affecit dolore.“ Talis tantaque erat quondam discipulorum tamquam filiorum pietas.

**) Velut iis, quae Gregorius Guil. Nitzschius, Caroli Immanuelis frater natu minor, in Explicationum Odyss. Homericae Vol I. p. III. ad Adolphum Langium praefatus est: „Er (fratrem dicit) hatte die Verehrung, die er von seinen älteren Freunden, Friedrich Thiersch und Dissen überkommen, mit seinem Joh. Aug. Jacobs, und Naeke im innersten Herzen gehegt.“

volvimus, ab illa inde aetate sancte voveram, quae primo a me divulgarentur, Tibi ut ea consecrarem. Votum vero ut expleam, nunc iam neque studium publico amicitiam nostram monumento honorandi me adigit, gloriabundum ob foederis nostri originem et successum, neque opinio, arctiora fore vincula nostra hac ipsa divulgatione; dulcissimi enim animi sensus intimo pectore, tanquam in adyto, taciti sedere amant, amorisque nostri natura nunquam eum interiturum pronuntiat."
En praeclarum iuvenilis amicitiae exemplum, dignum Portensibus illis amicitiis, quas multi optimo iure praedicant et prae se ferunt. En adulescentuli mutuo amore ad summa quaeque adspirantes. En caussa, cur ad perfectam absolutamque litterarum cognitionem pervenerint. Etenim Portensis disciplina tantum afuit ut discipulorum ingenia varietate et amplitudine doctrinarum quasi obtunderet atque omne tempus publicis scholis consumeret, ut contra Pliniani illius non multa, sed multum bene memor paucas res tractaret earumque subtilitate mentes acueret, ut etiam multum temporis privatis studiis impendere legibus constitutum et sancitum haberet maximumque in ea re adiumentum poneret ad consequendam eruditionem magnam et copiosam. Quapropter et Iacobsius omnem cogitationem curamque in graecis litteris collocabat et graeca exemplaria cum Naekio suo nocturna diurnaque manu versabat ex eodemque fonte hauriebat, quae in adversariis explicata plausum praeceptorum ferrent laudibusque celebrata ad acriora in dies studia instigarent. Praeter Plutarchi vitas, in quibus versari iuvenes magnam habet intelligentium virorum commendationem, Theocritia elegerat carmina, in quibus interpretandis et, si dis placet, emendandis ingenii dexteritatem diligentiaeque assiduitatem ostenderet. Quinque fere annis Portae exactis ut gratias ageret scholae inspectoribus et magistris commentatus est de Theocriti Hercule λεοντοφόνῳ libellum (valedictionem vocant isti) magnis laudibus impertitum ab iis quibus videndi et legendi potestas data est. Praeceptores eum die undevicesimo mensis Martii a. MDCCCVI. sic e disciplina sua dimiserunt, ut omnibus bonis ominibus eum prosequerentur luculentoque iudicii sui testimonio ornarent.

Porta relicta in Vitebergensem academiam se contulit iuris legumque studium secuturus. Eam ut aliis quibusdam, quarum eligendarum optio data erat, anteponeret, factum videtur esse ex Nitzschii sui sententia, qui illam litterarum universitatem petiverat partim ut patrem summe venerabilem, Heubnerum, Tzschirnerum, Schroeckhium ibi docentes audiret partim ut Christiano Augusto Lobeckio duce philologiae aliquamdiu operam daret. Mansit igitur pristina in amicis studiorum consociatio quae iam in schola viguerat, praesertim cum iuris scientia, quam Iacobsius amplectebatur, maxime accuratam litterarum latinarum cognitionem ad leges omnium temporum intelligendas et interpretandas requireret. Illo igitur tempore res Romanas ex ipsis fontibus ea ratione perquisivit et investigavit, quae et iureconsultis conveniret nec displicere posset philologis. At impedita sunt ea studia, cum patria nostra per Gallos occupata gravissima plaga

percelleretur multique etiam ex fortioribus de rerum nostrarum salute desperarent. Calamitates istae etsi animum Iacobsii adflixerunt, non potuerunt tamen metu debilitare, ita ut cum per feriarum opportunitatem Portam suam revisens cladium Ienensis et Auerstadiensis fere spectator factus esset, in maxima Portensium perturbatione animi constantia et fortitudine praestaret. Noluit tamen postea Vitebergam, unde multi diffugerant litterarum studiosi, redire, sed Lipsiam commigravit, ut studia vix inchoata continuaret et recoleret. Tum forte in manus incidunt Ioannis Muelleri scripta historica; animum illecebris demulsum detinet lectio atque, ut erat tunc fervidus ingenio, iam despicere iurisprudentiam eamque prorsus abiicere ac totum sese historiae dedere animum inducit. At consilium impetu quodam animi magis quam iudicio initum nullum eventum habuit, posteaquam Godofredi Hermanni scholae Aeschyleae tanta et poetae et interpretis admiratione eum adfecerunt, ut quinque annis post, ubi Aeschylea quaedam sua ad publicam disceptationem proposuit, palam profiteretur: „Aeschylea indicare quam absolvere satius mihi videbatur laetissima expectanti cupiditate, quae de eodem auctore mox divulgabit vir incomparabilis G. Hermannus. Crede mihi, in Hermanniana Aeschyli editione deprehendemus tantam inter auctorem et editorem similitudinem, quanta nunquam fere extiterit.“

Paulo post nescio quibus de causis Lipsiam reliquit et in patriam academiam, Fridericiam Halensem, se contulit, ut iuris historiaeque studia continuaret. In communi enim patriae clade ex historia haurire fortissimorum virorum exempla, quae animum partim consolarentur et confirmarent, partim priscae gloriae recordatione incitarent et inflammarent. Halis vero magna subito consecuta est consiliorum conversio, cuius quae causa fuerit paucis erit explicandum. In Halensi universitate illo tempore Avgvsti Hermamni Niemeyeri auctoritatem fuisse maximam nemo ignorat: plurimum valebat apud collegas, quorum commodis assiduo prospexit, plurimum apud viros summos, etiam reges et principes, ut quicquid ad academiae florem augendum facere videretur, facile impetraret, plurimum apud iuvenes litterarum studiosos, quos gravitate et suavitate devinciebat. Ille vero quoniam optime perspiciebat iuvenum, quorum coetu stipatus erat, ingenia et, cui quisque loco ac muneri aptissimus esset acute diiudicabat, cum alios multos ad vitam scholasticam eligendam adduxit, tum Iacobsium nostrum impulit, ut antiquarum litterarum, philosophiae historiaeque studiis ad docendi munus in gymnasiis subeundum se praepararet. Id etsi a priore eius consilio alienissimum videbatur esse, tamen agnito quasi nutu divino alacriter speique plenus ad eas litteras rediit, quarum amorem ex Portensi institutione pectori penitus insitum numquam eiecerat ex animo. Tanta igitur cura in ea studia incubuit, ut mense Maio a. MDCCCX. ab A. H. Niemeyero inter paedagogii regii magistros reciperetur: id quod perhonorificum iudicabatur esse, quia Niemeyerus singularem curam illi scholae impendebat nec nisi de quibus optime posset sperare eis ad tale munus accedere permittebat.

Tempestate illa calamitosissima, qua Halensis civitas extero regi parere cogebatur, paedagogium regium non magna alumnorum frequentia floruit, floruit singulari praeceptorum eruditione, dexteritate, diligentia. Docebat enim praeter Ioannem Henricum Marschhausenium*), historicum quondam non ignobilem, Carolus Brandanus Mollweidius, summus mathematicus, Lipsiensis postea universitatis ornamentum, Carolus Kirchnerus, nunc scholae Portensis rector, Fridericus Strackius, qui postea pie ac religiose sacra fecit apud Bremenses, Ludovicus Guilelmus Kortuem, nunc rebus ecclesiasticis et scholasticis in Borussia praefectus regisque augustissimi a consiliis sanctioribus, Ioannes denique Voigtius, qui scriptis historicis clarissimum nomen et famam adeptus est. Magna illa felicitas, quod Iacobsius talibus viris adiunctus est collega, quorum ex usu assiduo ac consuetudine uberrimi fructus redundarent, maior haec, quod alios deinceps nactus est muneris scholastici socios, quos ex iucundissimo convictu Portensi gratos acceptosque habebat. Accesserunt enim praeter Drumannum, clarissimum hodie professorem Regiomontanum, Augustus Ferdinandus Naekius Dresdensis, Bussius Fribergensis, per sex menses etiam Ludovicus Bachmannus, nunc Rostochiensis professor. Minus tamen ab initio placebant discipuli, quorum cum subinde notasset arrogantiam, superbiam, inertiam nec offensiunculas varias vitasset, eorum in odium invidiamque incurrit, donec qui eius animus, quae cura esset, ipsi melius perspexissent. Acerrime autem in docendo versabatur tamque studiose tractabat grammaticam imprimis graecam, ut non solum de docendae eius compendiaria quadam via, sed etiam de dicendi usu nova multa inveniret iamque ad ea edenda sese pararet. Etenim non ita occupatus erat in ista discipulorum paucitate laboribus et molestiis, ut nihil superesset otii ad litteras colendas, ex quibus historiam potissimum Romanam sibi elegerat enarrandam. Alliciebat eum ad se Camilli vita, valde arridebat Caesaris Germanici, quas singularibus libellis exponere voluit multaque etiamnunc supersunt inchoatarum scriptionum fragmenta.

Anno huius seculi duodecimo postquam Naekius, Voigtius, Drumannus in academia Fridericia privatim docendi ius et facultatem impetraverunt**), Iacobsius hoc collegarum exemplum imitari sum-

---

*) Ad eum docendi munus delatum erat a. 1789, inspectori adiunctus est anno 1800, summos in philosophia honores ordo amplissimus philosophorum Halensium honoris causa in eum contulit in sollemnibus ob academiam restitutam die sexto decimo m. Maii a 1808 factis; mortem obiit d. XXIII. m. Decembris 1813.

**) Proposuerat Naekius d. XVIII. m. Martii *Schedas criticas*, tragicorum graecorum Pleiada maxime illustrantes; Voigtius die XXI. Aprilis *de Gregorio Septimo dissertationem*; Drumannus die XXV. Augusti *de tyrannis Graecorum dissertationem.* Idem vero exemplum postea imitati sunt hi paedagogii regii collegae: I. Fr. Broemmelius, I. C. Thilo, Ioan. Ioseph. Schoenius, extremus Carol. Frid. Gottl. Foertschius, quem nemo deinceps ex nostris aemulari ausus est.

misque amicorum precibus obsequi consilium cepit. Ad publicam igitur disceptationem *Observationes criticas in quosdam Plutarchi, Horatii aliorumque locos* proposuit easque adsumpto ad respondendum socio Eduardo Niemeyero, med. stud., die vicesimo primo mensis Novembris a. MDCCCXII. magno plausu defendit. Scholas deinde aperuit graecarum et latinarum litterarum, grammaticae et graecae et universalis sive philosophicae; interdum encyclopaediam philologicam tradidit, Ciceronem, Platonem, Sophoclem interpretatus est, nonnumquam etiam ea exprompsit quae usu et meditatione de recta docendi via ac ratione invenisset. Commendationem illae praelectiones multiplicem habebant: tanta enim erat perspicuitas, tanta demonstrandi subtilitas, tam utilis rerum delectus, ut a quam plurimis studiose expeterentur et assidua solidaque discipulorum libenter audientium frequentia celebrarentur. Itaque pro merito etiam hunc honorem ei tribuerunt, qui universitatibus litterariis in Borussico regno praepositi sunt, ut quattuor annis post locum darent inter amplissimi philosophorum ordinis professores extraordinarium, anno denique MDCCCXXI. ordinarium. Summum praeterea paedagogici seminarii regimen duobus annis ante A. H. Niemeyero et Iacobsio nostro commissum erat. Denique collegio quinquevirum (tot enim illo tempore erant) explorandis et adprobandis gymnasiorum praeceptoribus primum adscriptus, deinde per plures annos praefectus est. Et haec quidem de academicis dignitatibus hactenus.

Cum studiose doceret academicam iuventutem illisque muneribus gnaviter ac prudenter perfungeretur, maiore tamen cum studio et fideliore diligentia partes scholastici muneris exsequebatur in eoque adeo probabatur Niemeyero, ut digniorem locum et liberalius stipendium, iustam laborum mercedem, acciperet. Mense enim Septembri a. MDCCCXVI., quo Voigtius honorificentissimis condicionibus Regiomontum Prussorum ad historiam docendam evocatus est, eius in locum successit et inspector adiunctus factus est, mense autem Maio a. MDCCCXX., ubi A. H. Niemeyerus partim senectutis imminentis debilitatem aliasque eius molestias verens partim diversissimorum munerum et gravitate et multitudine paene obrutus cura paedagogii, quam inde ab anno MDCCLXXXIV. indefessam gesserat, se abdicavit, neminem ille repperit digniorem, ad quem inspectoris munus deferret quam Iacobsium suum *). Quod ubi ratum est regi augustissimo die decimo m. Maii a. MDCCCXX., gratum erat omnibus, qui scholae illi bene consultum esse cupiebant. Eo autem in munere vix dici potest quanta cura laetissimum scholae florem et clarissimum splendorem conservare et augere studuerit, quanto discipulos, qui plerumque ex priscae claritatis et nobilitatis gentibus orti sunt, amore litterarum

---

*) Anno 1820 gener factus est Niemeyeri; iniit enim matrimonium cum filia eius natu maxima, virgine et corporis et animi dotibus cum reliquis sororibus ornatissima: ex qua nec prolem habuit ullam quamque acerba morte iam sequenti anno amisit.

doctrinaeque liberalis incenderit, quanta constantia et severitate bonam morum disciplinam haud raro imminutam et fractam restituerit, luxuriam ac libidinem coercuerit, negligentiam notaverit, studia et publica et privata foverit. Singulare eius meritum in eligendis praeceptoribus cernebatur, in quibus diligentissimos philologiae cultores aliis praeferebat eosque modo ex Seidleri disciplina, ut Fridericum Ludovicum Henricum Eggertum, modo ex Reisigii, ut Antonium Hermannum Reinium, Augusti Gotthilfi Gerani filium et Adolphum Stahrium, omnium vero lubentissime ex Hermanni discipulis adscivit, veluti Graserum et Foertschium. Multa autem sapienter instituta, quae proximis his annis Borussicis gymnasiis famam et gloriam apud exteros confecerunt, iamdudum paedagogium Iacobsio debebat. Quippe providerat ille, ut ne aequo plures magistri in eodem discipulorum ordine docerent; curaverat ut disciputi et annis maturiores et ingenio docendo inferiores privatim ipsi augerentur scientia, ut privata studia gnaviter instituerentur ac prudenter a praeceptoribus regerentur ad eumque finem superioribus ordinibus nonnumquam publicarum scholarum vacatio et liberalius otium concederetur, ut latine dicendi et disputandi exercitationes (a quibus imperitorum et delicatulorum hominum hac aetate abhorret animus) frequenter instituerentur, ut multi veterum scriptorum, poetarum potissimum, loci memoriae mandarentur et recitarentur publice aliaque nonnulla, quae ad institutionis scholasticae salubritatem multam vim habere nemo non fatetur. Illis vero legibus quomodo satisfacerent discipuli, ipse cognoscere poterat facillime, quia extremis vitae annis docendi partes rarius suscipiebat ab iisque denique superiorum permissu prorsus vacabat. Sentiebant etiam iidem, quantum boni in accurata ista fidelique disciplina inesset; prompte et studiose ipsius auctoritati obtemperabant, ipsum sapientissimum vitae studiorumque moderatorem pie venerabantur eoque amplectebantur amore, in quo maximam docendi mercedem Socrates ille Xenophontius positam esse existimabat *).

Tanta merita cum non fugerent Niemeyerum, eadem Iacobsium viro perillustri, qui per XXIII annos in regno Borussico rerum ad religionis cultum, institutionem publicam artemque medicam pertinentium summus praeses ac liberalissimus moderator fuit, Altensteinio adeo commendarunt, ut ipse post funestam Georgii Christiani Knappii mortem, quae die quarto decimo mensis Octobris a. MDCCCXXV. accidit, Iacobsii ad aedium Franckianarum moderationem adsumendi auctor et suasor existeret idque ut ab augustissimo rege confirmaretur impetraret. Id munus tot, tanta tamque varia complectitur negotia, quae non solum in scholis regendis (quae septem erant illo tempore) et in explorandis praeceptoribus aliisque

---

*) *'Εθαύμαζεν*, inquit Xenophon in commentar. Socr. 1, 2, 6., *εἴ τις ἀρετὴν ἐπαγγελλόμενος ἀργύριον πράττοιτο καὶ μὴ νομίζοι τὸ μέγιστον κέρδος ἕξειν φίλον ἀγαθὸν κτησάμενος.*

rebus ab litterato homine non alienis collocata sunt, sed etiam ad redituum exigendorum rationes, tabulas accepti et expensi inspiciendas multaque alia, in quibus prompta manu acribusque oculis opus est, pertinent et immensum epistolarum commercium requirunt, tot igitur complectitur negotia, ut pauci iis recte sustinendis et tuendis pares atque idonei iudicentur. At idem vir, qui totus videbatur esse in litteris, etiam in negotioso illo vitae genere rebusque gerendis non minorem dexteritatem agendique prudentiam praebuit eamque provinciam proprio quodam iure tenere visus est. Qua in re multum adiuvabatur praeclaro Niemeyeri exemplo, quem ducem et auctorem sibi datum esse gloriabatur, adiuvabatur etiam vero et ingenuo Franckianarum aedium amore, cui tantam laborandi assiduitatem, pertinaciam, efficaciam debebat.

Aderat festus dies XVIII. m. Aprilis a. MDCCCXXVII., quo ante quinquaginta annos A. H. Niemeyerus philosophiae doctoris et artium liberalium magistri honoribus rite ornatus erat. Insolitos sibi poscebat honores festum illud gloriose redintegratum, operosa erat omnium agitatio, magna hominum eruditorum concursatio *), ut viro summe venerabili raram senectutis felicitatem pie gratularentur votaque sua pro eius salute nuncuparent. Quorum quinquagenalium sacrorum eximia cum dignitate peractorum ut quam maxime clara et testata esset memoria, Iacobsius, singulorum sollemnium et privatorum et publicorum, quorum ipse magna pars fuerat, curiosus spectator et testis fidelis, accuratissimam narrationem litteris consignavit et paucis diebus post typis expressam edidit. Inscriptus est libellus: *Die Jubelfeier des 50jährigen akademischen Lehramts Sr. Hochwürden des Herrn Canzler und Professor Dr. August Hermann Niemeyer am 18. April 1827. Von einem aufmerksamen Beobachter;* eiusque ex reditibus pauperes aliquot sublevati sunt. Illo die qui vegetam Niemeyeri senectutem, forte et iuvenile pectus admirati erant, vix poterant vereri, ne idem annuo spatio interposito diem supremum obiret die septimo m. Iulii MDCCCXXVIII., quae mors cum acerba et luctuosa esset omnibus, quibus patriae dignitas artiumque liberalium laus et gloria cara est, tum proprium ac domesticum ex summi viri interitu dolorem accepit Iacobsius. Coluerat illum tamquam alterum parentem suum tamque arctis sanguinis et amicitiae vinculis cum eo constrictus fuerat, ut alteram partem animae sibi ereptam esse penitus sentiret. Qua in acerbitate fortunae nihil vel ad levandum luctum aptius vel ad officium ac pietatem accommodatius esse visum est, quam ut muneri, quod more a maioribus recepto ipsi subeundum erat, satisfaceret laudationeque funebri collegae clarissimi memoriam commendaret eiusque animi atque ingenii formam adumbraret. Quare die primo mensis Septembris funebris sollemnitas insti-

---

*) omnis flos ubi eruditorum
Congratulantes undique admigrant Halam.
G. Hermannus.

tuta est; quo posteaquam in cathedram adscendit infirmo pede acerrimisque corporis doloribus tentatus, inter dicendum vires creverunt adeo ut sustineret molestiam orationemque ad finem et exitum perduceret. Proposuit in ea Niemeyerum tamquam perfectum et absolutum senilis felicitatis exemplar, orationemque postea ita expolivit, auxit, amplificavit, ut nec ampliorem nec ab dicendi genere ornatiorem habeamus de Niemeyeri meritis laudationem, quamvis permulti idem argumentum pertractaverint *). Edita est post Iacobsii mortem anno demum MDCCCXXXI. per Ioannem Gottl. Gruberum, virum optimum, hoc titulo inscripta: *August Hermann Niemeyer. Zur Erinnerung an dessen Leben und Wirken. Herausgegeben von A. Jacobs und nach dessen Tode vollendet von J. G. Gruber. Mit dem Bildnisse des Verewigten.*

Niemeyero mortuo suprema aedium Franckianarum moderatio penes Iacobsium erat, quod eo molestius ferebat, quo gravioribus tunc vexabatur partim e calculo renum partim e pectoris angustiis doloribus. Quare nihil poterat Iacobsio exoptatius accidere quam ut rex Hermannum Agathonem Niemeyerum, Augusti Hermanni filium natu minimum, tunc apud Ienenses theologiae professorem, ipsi collegam cooptari die octavo m. Iunii a. MDCCCXXIX. concederet eaque in re ne iura ac privilegia aedium Franckianarum a maioribus suis sancita violarentur, religiose caveret. Alacerrimi viri indefessa opera se levatum et erectum esse gaudebat Iacobsius eique cum alia multa gravissima tradidit peragenda, tum sollemnem monumenti in Augusti Hermanni Franckii, viri divini, honorem constituti inaugurationem, quae magna cum pompa facta est die quinto m. Novembris a. MDCCCXXIX. Iam augeri in dies Iacobsii infirmitatem, crescere dolores, incrementa capere mala, quibus nec Carolinarum nec Teplitiensium aquarum usus plus quater repetitus mederi potuerat, adeoque ipsum cogere ut quod reliquum esset vitae fere in sella transigeret. Ab tantis malis feliciter liberatus est placida morte, quam obiit hora nona matutina die vicesimo primo mensis Decembris a. MDCCCXXIX. aetatis annum agens quadragesimum primum. Tristis mortis nuntius magno moerore affecit discipulos, collegas, propinquos, denique omnes qui quantum boni in eo positum esset aestimare didicerant.

*) Ex magna libellorum copia horum mentionem faciamus: Ueber des verewigten Kanzlers Dr. Niemeyers Leben und Wirken, Halle 1828. (auctor est I. H. Fritschius Quedlinburgensis); Dr. August Hermann Niemeyer, als edler Menschenfreund in seinem segensreichen Leben und Wirken von Joh. Aug. Wilh. Besser, Quedlinburg 1829; Erinnerungen an Dr. Aug. Herm. Niemeyer als Pädagogen, quae singulari libello primum edita, dein Foehlischii libro utilissimo: Ansichten über Erziehung und Unterricht in gelehrten Schulen Vol. I. p. 314—380, inserta sunt; Dieckii, rectoris quondam Halensis meritissimi, oratiuncula, qua Niemeyeri memoria iuvenibus ad academiam accedentibus commendatur, Hal. 1828, denique gravissima illa verba, quae paulo post Niemeyeri mortem Traug. Gotth. Voigtelius, Fridericiae academiae ornamentum, fecit in libro: Hallisches patriotisches Wochenbl. 1827, p. 671—77.

Supremum hunc diem intrepido pridem praeviderat animo Iacobsius testamentoque caverat, ne mortis suae cohonestandae causa quicquam fieret, ex quo aut aliqua vanitatis species appareret aut laudum suarum ostentatio quaesita videretur. Quare primo mane paucissimis prosequentibus sine ulla pompa funus elatum est. Eodem die lugubre carmen edidit nescio quis, quod nec mortui viri meritis nec iis, quorum nomine compositum esse ferebatur, satis dignum visum est. Iustiores ei impertivit laudes Hermannus Agatho Niemeyerus ea oratione, qua quantam aedes Franckianae iacturam fecissent exposuit simulque commonuit omnes, ut cum ceteras Iacobsii virtutes tum amorem vel in aedes Franckianas vel in litterarum studia vel in adulescentes studia illa aemulantes imitaremur; iustiores Portenses quoque, apud quos in sollemni discipulorum et magistrorum consessu die duodecimo m. Ianuarii MDCCCXXX. idem ille Adolphus Langius mortui merita paucis exposuit, quo primum auctore ad ea pervenerat.

In Iacobsii corpore proceritas conspiciebatur sine gracilitate et cum dignitate virili; oris color non insuavis erat; vox gravis; sermo tardior praesertim in docendo, nisi ubi argumentorum gravitate aut vehementiore animi perturbatione incitaretur. Quamquam tenerior in eo erat natura, miram tamen animi constantiam et fortitudinem per totam vitam, maxime in gravissimis corporis doloribus, probavit. Erat vir sui arbitrii et haud raro in sententia sua et voluntate obtinenda iusto pertinacior, ita tamen ut comitate et lenitudine animi, quae celeriter subsequebatur, facile iratos offensosque conciliaret. Patriae erat maxima caritas; quamquam in hac re non reticendum est iuvenem eum fuisse ex eo numero, quibus spem fecerat Napoleon fore ut per ipsum vexatissimo terrarum orbi quies ac faustitas redirent. Qua in spe cum fraudem sibi factam esse cognovisset, una cum Drumanno et Broemmelio collegis a. MDCCCXV. ad militiam subeundam paratum se ostendit iamque nomen professus erat, cum magistratuum iussu isti in Musarum castris retinerentur. In scholis aderat ardor ille, in quo magna boni praeceptoris laus est, cum singulari industria coniunctus, per quem ingenia incitabat, urgebat, prope cogebat multum legere et scribere diligenter. Monitiones castigationesque interdum etiam severiores erant, sed ut benevolentia appareret. Nihil aderat ficti, nihil simulati. Cum collegis summa erat concordia, quia nihil habebat arrogantiae et superbiae animumque intactum servabat ab invidia, aemulatione, obtrectatione. Paedagogicam istam acerbitatem, quam adsciticio nomine pedantismum vocamus, a se longe abesse volebat. Discipulis facile praebebat alloquium, de studiorum ratione saluberrima consilia adferebat, ex larga librorum suppellectile comiter ac prompte doctrinae adiumenta largiebatur. Quam benevolentiam omnium maxime expertos esse, qui paedagogico seminario adscripti essent sodales, non incerta fama laudamus, sed usu et experientia edocti. Eam autem sodalitatem ita gubernabat, ut non solum praecepta daret viamque monstraret, qua

futuris praeceptoribus eundum esset, sed in exercitationibus etiam mutuas severasque sodalium admonitiones admitteret et ipse docendi praeclarum exemplum praeiret. Ea in arte non parva adiumenta habebat a Kantiana philosophia, cuius, cum tunc imperaret per Germaniam, scientia et usu mature ingenium acuere tentaverat.

Ita plerumque vir egregius in scholarum umbra se continuit nec luci committere ausus est multos libros, qui ab argumenti novitate, sententiarum gravitate orationisque elegantia et ad universitatis litterariae, in qua docendi provinciam obtinuit, celebritatem magni momenti essent et ad ipsius famam propagandam multum conferrent. Nolumus commemorare vix valitudinem eius contentionem et molestiam continentis laboris ad magna opera scribenda necessarii tulisse neque dicere, longis et difficilibus eum nixibus ingenii sui foetus edidisse. Duplicem causam longe gravissimam ipse quondam adtulit hancce: „Ac primo quidem, inquit, tantam apud me foveo opinionem libelli, quem publico subiicere liceat iudicio, ut, etiamsi ingenio non omnino diffidam in opere aliquo bono exhibendo, nunquam in elaborando illo sat temporis consumsisse mihi videar. Cum argumentum meum omnino absolvere vellem, mox intellexi, librorum adeo copiam me deficere et reliquam scribendi supellectilem. Imperfecti vero aliquid ut proferrem, adigi nullo potui modo. Cum igitur immortalem statim affectans gloriam, duo maxima negligerem incitamenta, adhortatores nimirum publicos et reprehensores, accidit iam mihi, summum ubique opus respicienti et omnibus numeris absolutum, ut vulgaris ingenii hominibus vix aequalem me praeberem, ut, quae studia alacri animo ac laeto certe promota fuissent, ea prorsus abiicerem morosus iudex et nimis severus.“ Nec cuiquam in tanta religione castigandique severitate mirum videbitur, Iacobsium paucissima ingenii sui condidisse monumenta. Scilicet qui lambunt quasi et fingunt foetus ingenii, dum speciem accipiant quam idoneis iudicibus se probaturos esse sperant, in eaque re nimis sunt diligentes, ab eis verendum est ne quidquam conficiatur. Tanta vero erat in Iacobsio librorum edendorum verecundia, ut ne legibus quidem commoveri posset ad breves illas programmatum chartas conscribendas, quibus ad publica gymnasiorum sollemnia solet invitari. Ex scriptorum igitur paucitate cum supra commemorata sint duo historici generis, qui vitam, ingenium, mores et merita A. H. Niemeyeri illustrant et posteritati commendant, iam de philologis scriptis pauca verba facienda sunt. Et primo quidem loco, si temporis ordinem tenemus, collocandae sunt *Observationes criticae in quosdam Plutarchi, Horatii aliorumque locos*, quibus privatim docendi facultatem ab eo impetratam esse pag. 13. narravimus. Spectant eae partim ad Plutarchi vitas emendandas, partim ad Theocriti carmen sextum decimum, partim ad Aeschyli Eumenidas, denique ad Horatii carmina. Nec petitae sunt variae quas ibi proposuit coniecturae ex diligenti criticae materiae consideratione neque ex assidua scriptoris alicuius lectione, qua efficitur ut sensu prius ac saepius quam certis legibus iudicetur, quid

scriptori conveniat, quid non conveniat, sed natae plerumque ipsi impetu quodam animi ducto vel de sententiarum significatu orationisque vero ordine ac nexu desperanti. Quare etsi audaciores nonnullae coniecturae intersunt fereque temerariae, tamen aliae tantam habent probabilitatis speciem, ut memoriam earum redintegrare non alienum esse videatur *). Duodecim annorum intervallo facto prodierunt anno MDCCCXXIV. *Theocriti, Bionis et Moschi quae supersunt, graece, cum scholiis graecis. Textum ad optimas edd. et ad codd. MSS. fidem quam diligentissime exprimi curavit, carminum argumenta indicavit, varias codicum MSS. et edd. vett. lectiones coniecturasque virorum doctorum subiunxit, indices locupletissimos adiecit I. A. I., Halae in libraria Orphanotrophei.* Cum bucolicorum carminum in usum scholarum edendorum provinciam in se recepisset eaque in re in Valckenarianis copiis acquiescere constituisset apud se, nova subsidia in Gaisfordiano exemplari ex Britannia allata prioris consilii mutationem fecerunt. Quare ut Germanis philologis eorum usum afferret faciliorem, saluberrimo consilio plenam et quantum fieri potuit absolutam omnis supellectilis criticae ad Theocritum pertinentis collectionem instituit eamque operam viris doctis aequisque iudicibus adeo probavit, ut multorum plausum ferret. Non enim laudandus erat, quod omnes talis instituti molestias devorasset, difficultates superasset, labores tolerasset (quamquam et illud in debili et infirmo corpore vix sperari poterat), laudari debebat, quod copias criticas, quas ante eum nemo tam studiose conquisiverat et recensuerat, apto ordine digesserat, multa priorum editorum, Gaisfordi maxime, peccata correxerat eorumdemque negligentiam sollicite vitaverat, commoditati criticorum virorum prudenter consuluerat verbaque scriptoris a typothetarum mendis diligenter liberaverat. Ab copioso et plenissimo rei criticae apparatu semper exemplar illud Iacobsianum magnam commendationem habebit, quamvis alia multa, quae in libri inscriptione promissa sunt, numquam ad finem perducta et publici iuris facta sint. Etsi sunt permulti, qui operam in tali re positam extenuent atque abiiciant, scilicet ii qui gravitatem et dignitatem coniecturarum exaggerant, tamen quanta sit illius studii necessitas et utilitas constat inter omnes, qui recte iudicare didicerunt.

*) Cum vigeant hodie Horatiana studia, ex illis potissimum coniecturis delibare quasdam placet, ut inde quam vere iudicaverimus de isto libello cognoscatur. Audacem vocamus quam de Carm. II, 6. v. 6. proposuit: *sit tuae sedes utinam senectae*, qua totius carminis consilium perturbatur mirum in modum; infelicem, quam fecit de Carm. II, 19. v. 14. *membraque Penthei disiecta*, Theocriti sui aliorumque scriptorum de Penthei morte fabula deceptus; temerariam, quae est de carm. III, 5. v. 8. *consenuit socerorum inermis*; felicissimam vero et ingeniosam impugnationem v. 49—52. in carmine libri tertii tertio, quos suppositicios esse probabilioribus argumentis demonstravit quam Peerlkampius, qui in eandem aliis de causis incidit sententiam. Omnino sobrium illud et circumspectum de glossematis Horatianis iudicium, quod p. 42. legitur, ex animi nostri sententia omnibus commendatum esse volumus.

Cum illa editione coniuncta est ea bucolicorum editio, quae scholarum usui destinata prodiit ex prelis orphanotrophii anno MDCCCXXVII., cuiusque maximum pretium in vili pretio et accurata verborum descriptione positum est. Simile iudicium ferendum est de *Hesiodi operibus et fragmentis*, Hal. MDCCCXXVII., in quibus diligentissime exprimendis suam operam Iacobsius bibliopolio orphanotrophii praestiterat.

In hisce subsistendum esset nobis de Iacobsianis scriptis narrantibus, nisi alius etiam libri magna pars superesset, cuius ne prorsus oblitteretur memoria maxime verendum est. Cum A. H. Niemeyeri agerentur sollemnia semisecularia multique ad virum summum libros mitterent eiusque nomini consecrarent, nonnulli etiam meros librorum titulos cum praefatiuncula, Iacobsius quoque, qui noluit asymbolus ad socerum dilectissimum collegamque coniunctissimum accedere, meditatus est librum *de Aeschyli Prometheo vincto*, cuius deinceps novem plagulae litterarum formis descriptae sunt; reliqua quominus adiicerentur, et ingravescens corporis aegritudo et praematura eius mors prohibuit. In iis quae descripta sunt fabulae illius argumentum elegantissime explicatum magnaque pars optimorum locorum in patrium sermonem (eo autem usus fuerat) translata est; quae de fabula ipse iudicaverit ex paucis chartarum quae etiamnunc supersunt reliquiis ne Oedipus quidem possit divinare. Quapropter Herm. Agath. Niemeyerus, quamvis sollertissimus in amicorum libris explendis et ad umbilicum perducendis, summam absolvendo libro manum adiiciendi consilium dudum abiecit. Quam vero subtilis fuerit Iacobsius antiquorum poetarum iudex, quam penitus perspexerit venustatem eorum et gravitatem, quantum in eo salis et leporis, ex illis schedis perspici potest luculentissime. Multa etiam ex scriptoribus antiquis patria lingua expressit; integra superest Euripidis Medea versibus composita, magna Sophocleae Electrae pars, denique libri aliquot Annalium Historiarumque Tacitinarum; multa praeterea de graeca et romana litteratura, ex quibus, si quis vellet perscrutari, nova permulta posset investigare.

Latino dicendi genere ille non elegantissimo usus est, sed tamen meliore quam vulgo utuntur. Ubi loquebatur latine, faciebat id pure, plane, dilucide: cuius rei testes sunt, qui audiverunt eum facete et lepide cum Christiano Godofredo Schuetzio in sollemnibus huius viri semisecularibus die vicesimo primo m. Martii a. MDCCCXVIII. publice disputantem.

Lacrimae, quae in Iacobsii funere profusae sunt, exaruerunt (decem anni iam praeteriti minuerunt moerorem et luctum), at grata cum benevolentia memoriam eius conservant, qui aedibus Franckianis imprimisque paedagogio regio, in quo propriam ille sedem habuit, bene esse cupiunt laboriosamque eius vitam admirantur.

VIRO

ILLVSTRI, SVMMA REVERENTIA COLENDO,

HVMANITATIS POLITISSIMAE EXEMPLO CLARISSIMO,

ANTIQVARVM LINGVARVM DOCENDARVM NOVA VIA MONSTRATA, GRAMMATICAE ARTIS LEGIBVS MAXIMO INGENII ACVMINE AC SVBTILITATE INVENTIS CONSTITVTISQVE, DISCIPVLORVM LIBERALIBVS STVDIIS INSTITVTORVM MVLTITVDINE DE RE SCHOLASTICA IMMORTALITER MERITO,

GODOFREDO HERMANNO

FAVSTISSIMI OMINIS DIEM XXI. M. DECEMBRIS,

QVO

ANTE HOS L ANNOS SVMMIS AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS HONORIBVS RITE ORNATVS EST,

GRATVLATVR

GYMNASIVM CAROLO-FRIDERICIANVM ISENACENSE

INTERPRETE

CAROLO HERMANNO FVNKHAENEL,

PHILOS. DOCTORE, GYMNASII DIRECTORE, SOCIETATIS GRAECAE LIPS. SODALI.

Non miraberis, Godofrede Hermanne, Vir illustris, hodierno die, quo ante hos quinquaginta annos in Universitate Lipsiensi, clarissimo liberalium artium domicilio, optima magisterii iura adeptus es, nos quoque gymnasii Isenacensis praeceptores has ad Te litteras dare voluisse non tam ut Tui nominis gloriam splendoremque efferremus — nam quid causae est, cur huic uni diei hoc singulare ius tribuamus — quam numini divino grates agentes, quod in tanto animi corporisque vigore adhuc vitam peregisti. Laetantur hodie quicunque humanitatem comitatemque Tuam et facilem aditum cognoverunt et quam firmum in Te rerum suarum praesidium haberent experti sunt. Nam Tu, Godofrede Hermanne, vir es, qualem decet, generosi animi, strenuus, mollitiei osor, veritatis sine fuco cultor Tuoque iure illud ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ tuum esse voluisti; Tu illis virtutibus es condecoratus, quas in maioribus nostris, clarissimis aetatis mediae equitibus, laudare solemus, patriae amore, fide, constantia, integritate; Tu aequitatis iustitiaeque es defensor, vindex, propugnator fortissimus. Laetantur, quod hunc diem vidisti, quicunque magnum ingenium, spiritum poeticum, temperatum illum eximia iudicii sagacitate et subtilitate, quicunque doctrinae copiam, disserendi acumen in Te admirari solent. Atque Tu verus es Germaniae praeceptor: nam quot sunt, quos Tu docuisti, per totam Germaniam academiarum et gymnasiorum magistri! Neque ignoras, Vir illustris, quantopere Te omnes suspiciant admirenturque; nuper vidisti, quum tota Philologorum Germanicorum Gothae congregatorum concio Tibi surgeret verbisque ornatissimis

Te salutaret. Et de me num quaeris, cur hodie Tibi scripserim? Non quaeris; neque mihi iam de me solo dicere licet. Ego et collegae amicissimi, Guilielmus Reinius, Augustus Witzschelius, inter maxima quae a numine divino contigerunt beneficia hoc ponimus, quod Tua disciplina usi sumus. Neque est quod explicem, qua causa reliqui collegae coniunctissimi hodie vota pro Te nuncupare voluerint. Nullus est enim gymnasii magister, qui Te non noverit, nullus, qui quantum Tibi praeter reliquos litterarum antiquarum studia debeant ignorare possit. Quis est qui Homerum amat, quantum diligit et accuratissima lectione eum cognovit Augustus Brieglebius, gymnasii nostri professor, quin nesciat quantum Tu in Maeonio carmine recte iudicando aestimandoque elaboraveris? Quis qui grammaticam ad logices praecepta explicandam esse perspexit et verum in antiquis scriptoribus legendis criticae usum cognovit, quam praestans in Te sit exemplum propositum, non fateatur? Itaque novit et admiratur Te Guilielmus Weissenbornius noster. Neque vero mathematicarum artium peritum eundemque antiquorum studiorum non rudem quid de Archimedis προβλήματι βοεικῷ scripseris latet; neque ignorat hoc aut quantopere philologi, quos hodie rerum utilium, quas solos se possidere et posse docere sibi videntur, quidam amatores maledictis insectari solent, in Te intueantur suae scientiae columen nescit aut antiquas litteras odit Aemilius Mahrius, quo duce iuvenes puerique nostri mathematicae et rerum naturae cognoscendae operam dant. Denique Gustavus Schwanitzius noster Euripidem colit et in sinu gestat; scis igitur, cur hic quoque collega noster suo nomine Te hodie salutare voluerit. Atque hos collegas meos Gothae vidisti omnes et quum diu absentem Te plurimi fecissent, nuper comitatem Tuam coram cognoverunt.

Sed de Te Tuisque in litteras meritis sermonem Te non sustinere neque Tui laudatores amare scio, quare ad eam iam rem accedo, de qua scribendi munus suscepi non quod quae lectu admodum digna essent proferre posse mihi viderer, sed ut quid Tu iudicares cognoscerem. Nam quum ad studia, quae muneris scholastici curis aliquamdiu remittere debueram, animum nuper referre liceret circumspiceremque, num quid esset, quod ad eum oratorem, qui ingenii animique magnitudine et eloquentiae vi reliquos Graecorum omnes longe superat, explicandum aut emendandum conferret, hoc potissimum agendum intellexi, ut ad codicis praestantissimi exemplar, quantum fieri posset, Demosthenis orationes recenserentur. Magnum hoc opus est atque difficile. Nam ut taceam permulta in hoc codice reperiri quae prava sunt et vitiosa, sunt etiam quae num probari possint valde dubites, alia denique quae reliquorum librorum scripturis meliora non sunt. Verum tamen quum permultis locis huius unius codicis ope ea quae sola magno oratore digna sunt et restituta sint et possint restitui, vel tum ubi hunc an reliquos bonos libros sequi praestet in incerto habeatur optimum codicem equidem praeferendum existimo.

Haec tamen reputanti mihi mirum saepe visum est, Godofrede Hermanne, quod ex quo Immanuelis Bekkeri diligentia codicum scripturae excussae sunt et collectae, viri docti qui in Demosthenis orationibus edendis explicandisque operam collocaverunt caeterum laude dignissimam ubi paucos eosque leviores locos exceperis a scriptione semel recepta discedere noluerunt. Quid? quod ipse Bekkerus in Philippicis, quas in usum scholarum tertium edidit, luculento testimonio codici optimo suo se impensius modo diffidere demonstravit. Itaque post Imm. Bekkerum, Godofredum Henricum Schaeferum et Guilielmum Dindorfium multa in Demosthene superesse ex optimo codice Parisiensi Σ restituenda egregiis speciminibus certatim comprobaverunt Rudolphus Rauchensteinius, Engelhardtius, Reinoldus Klotzius, Carolus Fridericus Scheibius, Ioan. Georgius Baiterus (ad Lycurg. Leocr. p. 124—131), Albertus Doberenzius, alii; atque ipse Carolus Augustus Ruedigerus, qui in orationum Philippicarum editione artem criticam non satis probabiliter factitaverat, quum duo lectionum Demosthenicarum specimina anno 1836 diligentius librorum scripturis pensitatis ederet, aliam sibi rationem ineundam esse videtur cognovisse. Sine controversia autem qui novam orationum Demosthenicarum editionem parare vult, Parisiensem hunc codicem ita ducem adhibebit, ut, quod res ipsa monet, magnum eius scripturis pondus magnumque firmamentum ex reliquorum bonorum codicum opibus accedat atque tum demum hic liber deserendus sit, ubi quae in eo leguntur prava esse et corrupta manifestum erit.

At, inquiunt, vitiatum esse hunc codicem librarii culpa omissa vocabula testantur permulta quae aut abesse nequeunt aut si possunt aegre desiderantur ut posita esse malis aut denique cur in reliquis libris addita sint non liquet. Haec tamen ut recte distingui iudicarique possint, singulos locos considerare oportet. Neque notae negligendae sunt, quas Bekkerus caute ac prudenter libri scripturis addidit; nam sex sunt genera: Σ, pr. Σ, mg. Σ, rc. Σ, rc. mg. Σ, γϱ. Σ. Itaque alia in hoc codice prorsus desunt, alia prima manu omissa, sed post addita, alia denique recens manus adiecit; sed quomodo hoc factum sit, non prorsus dispicio neque quid differant haec signa „rc. Σ," et „rc. mg. Σ" enucleare possum aut praeter Bekkerum quemquam posse arbitror. Admodum raro fit, ut quae prima manu in Σ codice desunt postque suppleta, mg. Σ novo additamento augeantur, velut Philipp. III. §. 41. Denique illud „γϱ. Σ" scripturae discrepantiam aut coniecturas a librariis notatas videtur indicare.

Regii seminarii philologici sodales Demosthenis Philippicam tertiam hoc semestri hiberno explicare voluisti, Godofrede Hermanne, quare de hac oratione quaedam commentanda esse putavi. Nosti enim Leonardum Spengelium anno superiore de hac dissertationem edidisse*). Hic enim vir doctissimus primus vidit in hac oratione

*) Ueber die dritte Philippische Rede des Demosthenes von L. Spengel, Professor am alten Gymnasium in München. Gelesen in der Sitzung

codicis Parisiensis proprietatem maxime conspici; nam totas sententias omittit, quibus tamen recisis nihil prorsus desideras, contra nervosior est atque efficacior oratio. Haec autem ubi intueris et quae in reliquis codicibus adiecta sunt non quovis nomine probanda esse sed habere quae reprehendi debeant consideras, ut facile concedas „hos pannos esse ab ineptissimo homine purpurae oratoris adsutos," quae Schaeferi verba sunt ad Dem. p. 127, 25., alia sive verborum sive sententiarum rationem habes contra talia esse confiteberis, ut si non ab ipso oratore tamen ab idoneo scriptore profecta videantur. Quare Spengelius, ubi singulos locos in iudicium vocavit, Philippicam tertiam secundis curis ab ipso Demosthene repetitam, denuo elaboratam et illis locis auctam esse contendit; priorem autem eius editionem hodie superstitem esse, et ad eius marginem quae post novasset et addidisset orator adnotata esse; quae cum prioribus coalescere in unum non potuissent, non delecta sed servata itaque utramque orationis recensionem commixtam et facile explicatu esse cur quae post ad marginem scripta essent non semper suo loco inserta videantur, ut §. 75.

Haec rei difficillimae explicatio Tibi, Vir summe, si recte litterarum, quas nuper a Te accepi, sententiam assecutus sum, non improbanda visa est. Atque profecto Ulpianus, qui vocari solet, scholiasta duplicem Demosthenis editionem fuisse tradit, *ἀρχαίαν ἔκδοσιν* alteram, alteram *δημώδη* (v. interprett. ad Dem. p. 229, 12. 241, 17), sed quam parum locuples hic auctor sit diu cognitum est. Neque ipsum Spengelium, si alia ratione scripturarum tantam discrepantiam enodare potuisset, ita iudicaturum fuisse credo. Vides enim eorum, quae Demosthenem ad priora addidisse contendit, quaedam Spengelio displicere. Etenim quum quae §. 6 et 7 continentur in Parisiensi desint et recenti manu margini sint appicta, ut si optimum codicem sequaris inde a §. 8 orator ad rem transeat, quod indicant verba *ἵν' ἐντεῦθεν ἄρξωμαι*, receptis his sententiarum ordinem turbari et collatis inter se iis, quae §. 1. *πάντων οἶδ' ὅτι φησάντων γ' ἂν ... καὶ λέγειν δεῖν καὶ πράττειν ὅπως ἐκεῖνος παύσεται τῆς ὕβρεως καὶ δίκην δώσει* et quae §. 6 leguntur *εἰ μὲν οὖν ἅπαντες ὡμολογοῦμεν Φίλιππον τῇ πόλει πολεμεῖν κτλ.* oratorem secum pugnare Spengelius l. c. p. 16. concedit. Neque §. 32 sententiarum ordo si reliquos libros sequimur laudandus, quum certe post Pythiorum instituendorum ius quod expugnavit Philippus *ἡ προμαντεία τοῦ θεοῦ* collocanda sit, v. Spengelium p. 22. Levius est quod §. 37 plerique codices addunt *οὐδὲν ποικίλον οὐδὲ σοφόν, ἀλλ' ὅτι*, quibus verbis deletis orationis vim augeri recte iudicat Spengelius p. 23. Sed etiam sunt quae prava et damnanda esse non infitiatur. Nam §. 39 quae reliqui libri tuentur *συγγνώμη τοῖς ἐλεγχομένοις* si superioribus *γέλως, ἂν ὁμολογῇ* non repugnant,

---

der philosophisch-philologischen Classe der Kön. Bayerischen Akademie der Wissenschaften, den 6. Julius 1839.

tamen his longe vi et gravitate cedunt. Accedit altera causa, partium sententiae concinnitas; bene enim haec sese excipiunt: ζῆλος, εἴ τις εἴληφέ τι· γέλως, ἂν ὁμολογῇ· μῖσος, ἂν τούτοις τις ἐπιτιμᾷ, sed interpositis illis, uti interponunt quidam libri, συγγνώμη τοῖς ἐλεγχομένοις quis. neget orationis aequalitatem tolli? Haec omnia num miraris Spengelium p. 24 intellexisse? Deinde §. 45 vulgo οὓς αἴσθοιντο δωροδοκοῦντας editum est; at δωροδοκοῦντας vocabulum deest in Parisiensi et expellendum esse ex oratione Demosthenis et vis eius probo scriptori inusitata et optimus liber docet; concedit hoc Spengelius p. 27. Denique quae §. 65 ab ineptissimo homine inserta patet esse καὶ τοὺς εἰς τοῦθ' ὑπάγοντας ὑμᾶς ὁρῶν οὐκ ὀρρωδῶ ἀλλὰ δυσωποῦμαι· ἢ γὰρ ἐξεπίτηδες ἢ δι' ἄγνοιαν εἰς χαλεπὸν πρᾶγμα ὑπάγουσι τὴν πόλιν, ut possit Demostheni tribuere, adeo emendare Spengelius p. 33 conatur. Atque de hoc loco concede, Godofrede Hermanne, quid sentiam, paullo copiosius me explicare. Miratur enim Spengelius Harpocrationem, qui de loco gravissimo, §. 44, quem Spengel. p. 26 tractat, plane cum Parisiensi consentit, ut Demosthenis verba ex eodem exemplari e quo codex Σ descriptus est petiisse videatur, ex hoc altero loco p. 64, 9. edit. Bekker. δυσωποῦμαι et p. 179, 6. ὑπάγουσι citare. Sed quum Harpocratio supra cum Parisiensi consenserit, quae posteriore loco e Demosthene afferuntur aut ex alio lexicographo eum recepisse puto aut quod credibilius est ab alia manu Harpocrationis λέξεις auctae sunt. Utrumque non improbabile Spengelio videtur; hoc posterius ut statuere malim, alius me movet lexicographi locus p. 139, 27, ubi quum ὀρρωδεῖν explicat, non hunc Philippicae III. locum citat, sed Andocidem; praeterea hoc vocabulum in [Dem.] orat. adv. Philipp. epistol. §. 2 scriptum vides, ὀρρωδία autem in prooem. LIV, p. 1459, 27 ex Υ codice receptum. Ergo Demosthenem hoc vocabulo usum esse non constat. Sed aliud effugit Spengelii diligentiam. Nam in Thoma Mag. p. 87, 16. Ritschel. suspecta haec verba citantur quidem, sed e solo Regio I, de quo vide Ritschelium p. XXXI, accesserunt a doctissimo editore uncis inclusa.

Aliud accedit, quod suspicionem movet. Nam §. 65 extrema haec legimus: τεθνάναι δὲ μυριάκις κρεῖττον ἢ κολακείᾳ τι ποιῆσαι Φιλίππῳ [καὶ προέσθαι τῶν ὑπὲρ ὑμῶν λεγόντων τινάς]. Quae uncis notata sunt, desunt in Parisiensi; Dobraeo „furcillis eiicienda" visa sunt; defendit ea tamen Spengelius: nam oratorem non de tradendis Philippo oratoribus loqui neque id significare quod Alexandro rege factum sit, sed hortari cives, ne oratorem, qui reipublicae consulat, patriae proditoribus a Philippo corruptis postponant. At num haec illorum verborum sententia esse potest? an, si hoc dicere voluit orator, certe προέσθαι τοὺς ὑπὲρ ὑμῶν λέγοντας, non vero τῶν ὑπὲρ ὑμῶν λεγόντων τινάς dicere debuit? Quare ne haec quidem a Demosthene scripta esse arbitror, sed ut reliqua permulta post ab alio nescio quo homine adiecta, qui, quum quosdam orato-

res interque hos Demosthenem tradi sibi Alexander iussisset, hoc quod post factum est ad marginem adnotavit.

Praeterea quaedam quae in reliquis codicibus uberius copiosiusque explicata legimus, cur a Demosthene mutanda sint putata causam equidem reperio plane nullam. Exempla rem illustrabunt. §. 2. *αἴτια τούτων* in Parisiensi, in reliquis *αἴτια τοῦ ταῦθ' οὕτως ἔχειν* legimus; §. 3. *αἴτια δὲ τῶν κακῶν* in Σ et *γρ.* F, *αἴτιαι δὲ τῆς ταραχῆς καὶ τῶν ἁμαρτημάτων* in reliquis. §. 31. vulgata lectio est: *ὅθεν οὐδ' ἀνδράποδον σπουδαῖον οὐδὲν ἦν πρότερον πρίασθαι*, hoc postremum verbum omittit Σ. Nonne haec suspicionem movent, Godofrede Hermanne, orationis Demosthenicae alienis verbis adulteratae, quum praesertim alia eiusdem fere generis non desint? Nam §. 42 haec leguntur: *ὅτι τὸν χρυσὸν τὸν ἐκ Μήδων εἰς Πελοπόννησον ἤγαγεν*, sed non pauci libri addunt: *οὐκ Ἀθήναζε*, quae ab hoc loco aliena esse verba docent antecedentia *εἶθ' ἡ αἰτία γέγραπται κτλ.*, recte vero ab oratore paullo infra §. 43 extrema ponuntur. Deinde §. 44 solus Σ praebet *τί γὰρ τῷ Ζελείτῃ*, reliqui codices *ἔμελεν* addunt; §. 56. orator dicit: *ἦσαν ἐν Ὀλύνθῳ τῶν ἐν τοῖς πράγμασι τινὲς μὲν Φιλίππου*, sed alii libri his non contenti Demosthenem faciunt loquentem *τὰ Φιλίππου φρονοῦντες*. Denique §. 60 ex ΣΤ *ὑπὸ τοῦ δήμου* scripsisse videtur orator, sed complures adiiciunt *τοῦ τῶν Ὠρειτῶν*. Neque praetermittendum arbitror, quod §. 20. vides, ubi quum in Parisiensi *βουλεύεσθαι μέντοι περὶ πάντων τῶν Ἑλλήνων ὡς ἐν κινδύνῳ μεγάλῳ καθεστώτων*, in reliquis *ἐν κινδύνῳ μεγίστῳ* scriptum sit, de quo loco Spengelius p. 20, quum Demosthenes hanc orationem haberet, totam Graeciam in pace, igitur non *ἐν μεγίστῳ κινδύνῳ* fuisse bene adnotat, nonne alienam manum Demosthenis verba mutavisse elucet?

Iam si quaeris, Vir summe, quo consilio haec disputaverim, hoc demonstrare volui, ne ipsum Spengelium quidem omnia probare, quae in Parisiensi codice Σ omissa, ab reliquis libris servata Demostheni vindicare studet, sed alia reprehendere et corrigere, alia prorsus damnare et capitali oratore indigna iudicare. Itaque haec supplementa suppositicia esse ipse quodam modo concedit. Nam si quaedam ab oratore non sunt orta, quid reliquis firmamenti praesidiique est?

Magnum denique, nisi omnia me fallunt, huic opinioni illa additamenta non secundis curis ab oratore in orationem recepta, sed aliunde sensim irrepsisse, ex reliquis codicibus accedit pondus. Nam §. 72. ubi haec edita sunt — *ἃς ἐγὼ καὶ Πολύευκτος ὁ βέλτιστος ἐκεινοσὶ καὶ Ἡγήσιππος καὶ Κλειτόμαχος καὶ Λυκοῦργος καὶ οἱ ἄλλοι πρέσβεις περιήλθομεν*, omnes Bekkeriani, quibus non pauci Reiskii adstipulantur, verba omittunt *καὶ Κλειτόμαχος καὶ Λυκοῦργος*, alii alio ordine nomina legatorum ponunt, Dresdensis denique novum addit nomen hos legatos memorans: *Πολύευκτος ὁ βέλτιστος καὶ Κλειτόμαχος καὶ Λυκοῦργος καὶ Ἵππαρχος καὶ Ἡγήσιππος*. — Idem est omnium Bekkeri codicum consensus eorundemque Reiskii, qui superiore loco cum

Bekkerianis conspirant, §. 73., ubi vulgo haec leguntur: *αὐτοὺς δε παρασκευάζεσθαι καὶ πρώτους ἃ χρὴ ποιοῦντας τότε καὶ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας συγκαλεῖν*, mirandumque est omnes praeter Ruedigerum editores haec servavisse; nam illi libri oratorem haec sola scripsisse testantur: *αὐτοὺς δὲ παρασκευάζεσθαι, τοὺς δ' ἄλλους Ἕλληνας συγκαλεῖν*. Denique non recte Spengelium ea defendisse puto, quae §. 75. in vulgatis editionibus scribi solent: *εἰ δ' ὃ βούλεται ζητῶν ἕκαστος καθεδεῖται καὶ ὅπως μηδὲν αὐτὸς ποιήσει σκοπῶν, πρῶτον μὲν οὐδὲ* (nam hoc ex optimis libris pro vulgato *οὐ* reponendum esse Reinoldus Klotz. Quaest. critic. p. 93 recte indicat) *μή ποθ' εὕρῃ τοὺς ποιήσοντας, ἔπειτα δέδοικα ὅπως μὴ πάνθ' ἅμα, ὅσα οὐ βουλόμεθα, ποιεῖν ἡμῖν ἀνάγκη γενήσεται, εἰ γὰρ ἦσαν, εὕρηντ' ἂν πάλαι ἕνεκά γε τοῦ μηδὲν ἡμᾶς αὐτοὺς ποιεῖν ἐθέλειν· ἀλλ' οὐκ εἰσίν.* Postrema verba *εἰ γὰρ ἦσαν κτλ.*, desunt in illis libris, quae si oratori tribuenda sunt, Dobraeus, Schaeferus et Ruedigerus post *ποιήσοντας* verbum collocanda esse recte monuerunt. At equidem librorum auctoritati cedendum existimo, id quod iam Guilielmus Dindorfius in praef. ad Demosth. p. V. voluit; nam vix quemquam esse puto, qui quum haec orator dixerit: *εἰ δ' ὃ βούλεται ζητῶν ἕκαστος καθεδεῖται καὶ ὅπως μηδὲν αὐτὸς ποιήσει σκοπῶν κτλ.* eandem sententiam verbis *ἕνεκά γε τοῦ μηδὲν ἡμᾶς αὐτοὺς ποιεῖν ἐθέλειν* bene apteque iteratam esse contendat.

Hi tamen loci postremi, §§. 72, 73 et 75., singulare hoc habent, quod quum plerumque solus Parisiensis brevitati studere putetur, interdum autem codex *Υ* ad *Σ* accedat (v. §§. 42, 44, 53, 56, 60, 64, 65), in his tot librorum est consensus. Notabile Spengelio hoc videtur, mihi luculentissimum testimonium in quatuor genera distribuendos esse codices, quibus Imm. Bekkerus usus est. Nam primo loco exemplar Philippicae III. ponendum videtur illis additamentis prorsus liberum, antiquissimus codex, e quo Parisiensis *Σ* descriptus est; secundum genus hic illic non vitiatum est, e quo *Υ* liber ductus videtur; tertium saepissime interpretatione aliena impletum raro admodum cum primo et secundo consentit, cui generi reliquos libros Bekkeri *F Ω u v* annumerandos arbitror; denique quartum omnium puto recentissimum, certe omnium plurimis locis alienis vitiatum est. Huc ii Reiskiani codices, velut Augustanus I., referendi sunt, in quos irrepserunt quae §§. 72, 73, 75. addita esse vidimus. Vide Reiskium ad Demosth. p. 129, 18. 130, 1. 130, 13*).

His iam expositis facilius quae supra signorum genera ab Imm. Bekkero ad Parisiensis scripturas adhibitorum distinguenda esse monui dignosci poterunt. Nam ad hanc orationem a viro doctissimo

---

*) Spengelius p. 2, has codicum Dem. quas dicunt familias sive genera statuit: 1) codex *Σ*, 2) codex August. I, *k*, *s*, 3) codex Bavaricus, *F*, 4) *Ω u v*. Apparet igitur quae supra aliam ob causam codicum genera distinguenda esse putavi, non valde a Spengelii descriptione differre. Codex *Υ* nulli certo generi assignari potest, interdum cum Paris. *Σ* consentit.

haec adnotata sunt: om. Σ, om. pr. Σ, in mg. rc. Σ, rc. Σ. Longe plurimi loci sunt primi et secundi generis, pauciores tertii, unus (§. 42, 3) quarti. Itaque patet codicem quibus locis nota haec „om. Σ" appicta est, verba oratoris ex eo exemplari, qui eius fons esse videtur, incorrupta excepisse et servavisse; idem iis locis factum est, ubi illud „om. pr. Σ" legitur, sed quae prima manu librarii, qui ex illo antiquissimo codice orationem in Parisiensi descripsit, omissa erant, postea ex alio exemplari cum Parisiensi collato addita sunt; sed iterum codex aliena manu vitiatus est, quae ea adiecit, quorum nota haec est „mg. rc. Σ" et „rc. Σ." Itaque bis Parisiensis liber manum alienam, quam equidem emendatricem non dixerim, expertus est.

Quae si Tibi, Vir summe, non improbabiliter disputavisse videbor, quaeres tamen, unde aliena ista in Demosthenem irrepsisse coniiciam. Quaerendum mihi videtur, cuius argumenti sint haec additamenta. Omittamus autem eos locos, in quibus unum vel pauca verba in Σ desiderantur, atque hos potius consideremus, qui graviores sunt et maioris momenti. Horum tria sunt genera. Primum historici est argumenti, ut §. 58. *τότε μὲν πέμψας κτλ.*, §. 72. *καὶ Κλειτόμαχος καὶ Λυκοῦργος*, tertius est locus §. 32. *κύριος δὲ Πυλῶν — μέτεστιν*, quanquam hic locus etiam ad secundum genus referri potest. Nam hoc secundum additamentorum genus oratoris sententiam uberius tractat et amplificat, velut §. 37. *καὶ παραίτησις οὐδεμία ἦν οὐδὲ συγγνώμη*, §. 38. *καὶ τοῖς μηδὲν ἐθέλουσι ποιεῖν κατὰ τῶν πάντα ἃ προσήκει πραττόντων*, §. 39. *συγγνώμη τοῖς ἐλεγχομένοις*, §. 65. et quae iam ab Imm. Bekkero reiecta sunt *καὶ τοὺς εἰς ταῦθ' ὑπάγοντας κτλ.*, et quae paullo post vulgo leguntur *καὶ προέσθαι τῶν ὑπὲρ ὑμῶν λεγόντων τινάς*, §. 71. *πανταχοῖ, εἰς Πελοπόννησον, εἰς Ῥόδον κτλ.*, §. 73. *καὶ πρώτους ἃ χρὴ ποιοῦντας τότε καὶ τούς*, §. 75. *εἰ γὰρ ἦσαν, εὕρηντ' ἂν πάλαι ἕνεκά γε τοῦ μηδὲν ἡμᾶς αὐτοὺς ποιεῖν ἐθέλειν· ἀλλ' οὐκ εἰσίν.* Quaedam ex his rhetorum declamatorumque flosculos redolent, ut §. 37. *οὐδὲν ποικίλον οὐδὲ σοφόν, ἀλλ' ὅτι*, §. 41. *οὐχ ἵνα αὐτοῖς ᾖ χρήσιμα* usque ad §. 42.

Ex eodem fonte repetenda arbitror quae tertio generi assigno. Nimirum duo restant loci, in quibus vel scholiastae vel rhetores declamatoresque *δημοσθενίζοντες* Demosthenica novasse videntur vel scholarum in usum vel suae dicendi exercitationis ostentandae gratia. Documento sunt quae §§. 6. et 7. in margine rc. Σ habet; totum enim hunc locum codex omittit. Itaque post ea, quae ab initio usque ad §. quintam in exordio exposuit orator, ubi praestantissimum codicem sequimur, §. 8. ad rem accedit dicens: *εἰ μὲν οὖν ἔξεστιν εἰρήνην ἄγειν τῇ πόλει καὶ ἐφ' ἡμῖν ἐστὶ τοῦτο, ἵν' ἐντεῦθεν ἄρξωμαι κτλ.* Sed ut suae artis specimen ederet, quicunque fuit ea addidit, quae in vulgatis editionibus §. 6—8 leguntur, quasi aliud prooemium. Quis enim haec deleta particula *οὖν* (§. 5.)

prooemii loco poni potuisse neget? Atque hunc locum inter prooemia referre malim quae in Demosthenicis vulgo feruntur a technico aliquo et e Demosthenicis contexta et ipsius inventis aucta. Omnium denique difficillimus locus §. 46. reperitur. Ibi haec legimus: *οὐ γὰρ οὕτως ἔχεθ' ὑμεῖς οὔτε πρὸς τὰ τοιαῦτα οὔτε πρὸς τἄλλα, ἀλλὰ πῶς; ἴστε αὐτοί· τί γὰρ δεῖ περὶ πάντων ὑμῶν κατηγορεῖν; παραπλησίως δὲ καὶ οὐδὲν βέλτιον ὑμῶν ἅπαντες οἱ λοιποὶ Ἕλληνες. διόπερ φημὶ ἔγωγε καὶ σπουδῆς πολλῆς καὶ βουλῆς ἀγαθῆς τὰ παρόντα πράγματα προσδεῖσθαι· τίνος εἴπω; κελεύετε καὶ οὐκ ὀργιεῖσθε; ΕΚ ΤΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΕΙΟΥ ΑΝΑΓΙΓΝΩΣΚΕΙ.* Quam perverse haec consarcinata sint acutissime exponit Spengelius, neque fugit Reiskium, qui haec adnotavit: „Universe mirifice me perturbat hic titulus, qui ab hoc loco est alienissimus. Rationes pecuniariae, plebiscita, testimonia, leges et alia talia documenta causae solent ab oratoribus recitanda tradi scribis et ab his recitari. Ecqui autem unquam fuit unus orator omnium, qui, quorum auctor populo fieri vellet, ea non ipse ore suo inculcaret sed de scripto recitanda scribae traderet?" etc. Schaeferus formulam plebisciti oratorem scribae recitandam dedisse putat, sed alienum ab hoc loco plebiscitum esse docent quae §. 70. sequuntur: *τί ποιῶμεν; πάλαι τις ἡδέως ἂν ἴσως ἐρωτήσων κάθηται. ἐγὼ νὴ Δί' ἐρῶ καὶ γράψω δέ, ὥστε ἂν βούλησθε χειροτονήσατε**). Quid igitur recitaverit scriba, ostendunt verba superiora: *ἐκ δὲ τούτων εἰκότως τὰ τῶν Ἑλλήνων ἦν τῷ βαρβάρῳ φοβερά, οὐχ ὁ βάρβαρος τοῖς Ἕλλησιν. ἀλλ' οὐ νῦν· οὐ γὰρ οὕτως ἔχεθ' ὑμεῖς — ἀ λ λ ὰ π ῶ ς***); Haec sententia tamen prorsus perturbatur interiectis illis: *ἴστε αὐτοί· τί γὰρ δεῖ περὶ πάντων ὑμῶν κατηγορεῖν; παραπλησίως δὲ καὶ οὐδὲν βέλτιον ὑμῶν ἅπαντες οἱ λοιποὶ Ἕλληνες. διόπερ φημὶ ἔγωγε καὶ σπουδῆς πολλῆς καὶ βουλῆς ἀγαθῆς τὰ παρόντα πράγματα προσδεῖσθαι. τίνος;* Haec igitur quum in Parisiensi desint, Spengelius in priore orationis editione Demosthenem scripsisse ait: *ἀλλ' οὐ νῦν· οὐ γὰρ οὕτως ἔχεθ' ὑμεῖς οὔτε πρὸς τὰ τοιαῦτα οὔτε πρὸς τἄλλα, ἀλλὰ πῶς; εἴπω, κελεύετε καὶ οὐκ ὀργιεῖσθε, ΕΚ ΤΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΕΙΟΥ ΑΝΑΓΙΓΝΩΣΚΕΙ. ἔστι τοίνυν τις κτλ.*, in posteriore vero haec: *ἀλλ' οὐ νῦν· οὐ γὰρ οὕτως ἔχεθ' ὑμεῖς οὔτε πρὸς τὰ τοιαῦτα οὔτε πρὸς τἄλλα, ἀλλὰ πῶς; ἴστε αὐτοί· τί γὰρ δεῖ περὶ πάντων ὑμῶν*

*) Hoc loco omnes Bekkeri et plurimi Reiskii codices *χειροτονήσετε* praebent, Reiskius scripturam quam Bekkerus servavit ex Aug. I. et II., Aldina Taylori et Harlei. recepit, Augerum vulgatam *χειροτονήσετε* male revocasse censet Schaeferus. Mihi tuenda videtur plurimorum librorum scriptura, quae si nimis certam spem oratoris declarat, addita verba *ἂν βούλησθε* eam reprimunt.

**) Bene Spengelius: „Demosthenes wollte den Athenern aus officiellen Acten factische Beispiele ihrer Gleichgültigkeit und Nachlässigkeit vorlegen; darum fragt er zuerst an, ob er sie auch, ohne ihren Unwillen auf sich zu laden, vorbringen dürfe. Diese Beispiele müssen schlagend und verletzend genug gewesen sein." Quae iam addit, non probo.

torem sapientissimum. Sic numen divinum viridem senectutem Tibi esse velit bonorum suorum abundantia, Tuorum amore et veneratione, amplissimorum in litteras meritorum conscientia beatam, popularium et exterorum admiratione, rerum praeclare gestarum gloria decoratam. Nostris autem rebus, Godofrede Hermanne, id quod adhuc fecisti, fave et consule. Vale.

GODOFREDO HERMANNO

SENIORI SUO

QUINQUAGINTA ANNOS

PHILOSOPHIAE DOCTORI ARTIUM LIBERALIUM MAGISTRO

ACADEMIA LIPSIENSIS

DIE XIX. MENS. DECEMBRIS A. MDCCCXL.

Salve, festa dies, sero memorabilis aevo
Diuque votis expetita fervidis,
Tuque o felici cantu quem gaudia fantur,
Hermanne, salve, lucidum nobis decus,
Salve et gratanti pietatis munere laetus
Virtute partae gloriae fructus cape.
Nam Tibi quae primum florentis vere iuventae
Praeclara volvens laurea imbuit caput,
Quot post lustra decem Phoebeis frondibus aucta
Densis obumbrat pura sertis tempora!
Di Tibi clivoso tendenti tramite laudis
Excelsa concessere adire culmina,
E quis iam propior miraris sidera caeli
Longumque festa luce respectans iter
Lumine metiris placido, pede non defesso
Actum neque almo destitutum numine.
Nam velut auxilio fertur Matuta benigno
Texisse vittae dia Ulixi pectora,
Ut per spumosas interritus aequoris iras
Ad hospitale salvus enaret solum,
Sic cui sancta deus prisca virtute fideque
Firmaque cinxit corda fortitudine,
Illum praetereunt adversae flabra procellae
Trucemque sedat aura lenior viam,
Et si qui subito luctusque animamque perurens
Augustum amara cura, perpessu aspera,

Sollicitat pectus (neque enim mortalibus aevum
Dolore nullo fata concedunt agi),
Clarior elucet sanctae vis insita flammae,
Noctis per umbras splendidos potentius
Diffundens radios. tenera Te qualis in hora
Incendit ardor missus alto a sidere:
Longa neque adveniens minuit volventibus annis
Aetas, sed aestum mitiore flamine
Rexit, ut incolumi iuvenis nil debile noscens
Esses vigore, mente prudenti senex.
Qualis, sacratae sublimis gloria silvae,
Ilex, deis dilecta, serpentes humi
Contemnens frutices nebulisque intacta malignis
In puriorem celsa surgit aethera:
Non illam rabidi conquassat vis Aquilonis,
Non saeva honorem bruma decutit comae,
Sed magis atque magis iuvenili laeta senecta
Late virescit, gentibus mirabilis —
Hanc Iovis altisoni praeoptat flammiger ales,
Fessis quietem sive pinnis adpetit,
Omina seu caelo populis felicia portat
(Tum robur alti commovetur conscium
Numinis et viridis mirabile personat umbra,
Sacroque mens horrore tacta contremit) —
Tali Tu laetus iuvenilis flore senectae,
Hermanne, tali numine afflatus sacro,
Aurea fers Graiae Germanis dona Camenae,
Et ipse nil mortale voce nuntians
Dulces cum numeros fundis, quos obruit altus
Torpore somnus, arte depulsus Tua,
Solvere et ambages vatumque aenigmata sollers
Verique amorem mente condere intima,
Quis pater ut gnatis adamaris, discipulorum.
Quot Te verentur Teque gaudent sospite,
Litora qua tundunt electriferae maris undae
Rubente ad arces luce tinctas Alpium!
Quot nunc concelebrant optatae festa diei
Adduntque votis vota! sed nullis minus
Laetantur, quibus officium Te et munera iungunt,
Multis magistrum, nobili auctorem omnibus
Exemplo, seu sacra colis penetralia Phoebi,
Virtutem honestam seu tueris exulem.
Ipsa adeo philyraque sua redimitaque lauro
Prodit palamque fausta fatur Lipsia:
Magna ego clarorum nutrix genitrixque virorum
Te clariorem nullum in auras protuli,

Nullum nutrivi, mage quo laetarer, alumnum,
Et ipsa nulli carior mater fui.
Te mihi di dederunt, Musarum templa mearum
Ornare doctum, providum defendere,
Te mihi servabunt annoso tempore vitae,
Te cana saeclis nominabunt saecula.

VIRO
ILLUSTRISSIMO SUMME VENERANDO
GODOFREDO HERMANNO
VERI RECTIQUE LITTERARUM ANTIQUITATIS STUDII
VINDICI ET RESTITUTORI UNICO
MELIORIS INSTITUTIONIS SCHOLASTICAE
AUCTORI GRAVISSIMO
INSIGNI ACADEMIAE LIPSIENSIS ORNAMENTO
QUINQUAGENARIA MAGISTERII SACRA
DIE XIX. DECEMBRIS MDCCCXL CELEBRANDA
PIIS VOTIS PRO SALUTE NUNCUPATIS
GRATULATUR
SCHOLA THOMANA.

Festa piorum ex laetitia agminum
Gratantum opimo non sine munere —
Nam quos honores, quaeve dona
Cum merito minor ipsa certans

Non promit ultro hac luce opulentia
Regum? aut quis auro ditior improbo
Non vota castae mentis urget
Ferre piaque litare mica? —

Fas ire seorsum, fas meditarier
Sancto in recessu fontis ab ubere
Saxo perenni defluentis
Cum numero et modulante lympha

Delenientis pectora concita.
Hic separatum ab vortice gaudii
Ad prima tantarum immorantem
Stare lubet tacitumque rerum

Considerantem semina contui.
Nutrita faustis sub penetralibus
Vis mentis auras spiritumque
Ignea cepit opesque primas.

Sed flammeo ne proruere impetu
Tentaret ultra, quam licitum, additus
Custos salubri leniebat
Consilio ausa ferociora.

Ad quos Achillem fervida terminos
Raptura erat mens, — non loquar impium —
Ni mitis emendabat ignes
More modoque senex minaces?

Sic temperatus provehitur suo
Ad summa nisu fervor et efficax
Gestit, neque ima exsuscitans, neque
Ardua praecipitans ad Orcum.

Sic temperatum TU ingenium TUIS
Claustris alebas, atque volatibus
Contemptor instantum laborum
Sponte TUA puer appetebas

Extrema primis, TU sapientiam;
Non quae ore multum prodita perfido
Fuco placeret, quamque lucis
Scilicet osor amaret unam:

Hoc ille dudum TU genus oderas,
Vultu retorto crinis adulteros
Cultus genarum respuensque
Praestigias croceaeque pallae:

Divinitus sed quae sata originem
Privam tuetur roboris integra,
Rarosque amatores adepta
Spernit humum generosa et exul

Illuc, sata unde est, intemerata abit.
Illuc levabas TU generosum iter,
Ad solis auras ceu volatu
Rex agit alituum superbo

Sursum usque cursus impiger, ardua
Nunquam retrorsum lumina flectere
Quaerens, procellarumve culpans
Oppositarum agitata flabra.

Quo tum levaris remigium TUAE
Virtutis, hic hic testis adest dies.
Quae prima TE lux auspicatas
Vidit ad insolitos meatus

Attollere alas, ecce redux adest
Ridens opima dives adorea
Alasque Tecum gloriatur
Dimidium pepulisse saecli.

Iam sume iusta macte superbia,
Queis TE per orbem quos agit inclutae
Virtutis ardor rite plenis
Muneribus decorare certant.

Seu TE choreis cingere gestiunt
Sertisque, lucis seu face vindicem,
Seu laurea frontem coronant,
Sive libens TUA Musa multis

Plectrum ministrat, seu TIBI debitas
Incude lamnas signave Mulciber
Sollers adornat, sive nomen
Per titulos memoresque fastus

Clio futura in tempora prorogat,
Seu more apis nos, fortia Pindari
Desiderantes tela, carmen
Dulce tamen tenuamus ore;

Haec sume, maiora ipse TIBI dator
Large propinans: nempe geris TUUM
TU robur immortale, nullis
Exsuperabile noctis atrae

Umbris. Rotundi dum oris amabiles
Graiae loquentur carmina Gratiae;
Plausus Sophocleo cothurno
Dum dabit orbis ovans theatrum;

Mentis profundo dum seges Aeschyli
Prognata sulco corda profunda alet —
Nam Musa me verax inanes
Fundere non patitur loquelas —

Per viva vivus TU ora virum impigro
Rumore agere, et, qua patet otium,
Antiquitatis qui medullas
Combiberis sitiente vena,

Antiquus ipse olim celebrabere,
Virtusque nullo muta silentio
Dicetur immortalis ipsa
Non morituram aluisse prolem.

Nos trusa saeclis saecula novimus;
Trudentur olim saecula saeculis:
Evoe magistrum evoe probabit
Posteritas bene sera nostrum!


---

* * * * * * * * *

G. HERMANNO

MAGISTRO AUREO

D. XIX. DEC.
A. CIƆIƆCCCXL.



MAGISTRI
NICOLAITANI.

Τίς γάρ ποτ' ἀστῶν ἢ ξένων σε σήμερον
Τοιοῖσδ' ἐπαίνοις οὐχὶ δεξιώσεται;

SOPHOCLES.

Vos, quae saepe agitis duces choreas
Singulaeque venitis advocatae,
Spissis in tenebris facem ferentes
Testes laetitiae, novem sorores,
Nunc obire diem paratis omnes,
Quo non splendidior redibit alter,
Metrorumque patri canetis hymnos,
Non unis lyricis modis canendos.
Nec desunt igitur choro canentum
Leves hendecasyllabi, citatis
Currentes pedibus suumque rhythmum
Jussu Pieridum Tibi sonantes,
Armini, „seriem usque continentem,"
Qua Tibi placeant, die sereno
Annorum numeros remetienti.
Adsunt, quos pietas venire iussit,
Missi a Nicoleo ad senem Magistrum:
Haerent; en, iuvenem vident vigentem,

Fallentem senium vigore mentis
Et rectis oculis Suae morantem
Cursum praecipitem ruentis horae.
Vivis ingenii novus Prometheus
Caelis igniculos ciens ademptos
Praeferensque facem Tuae cohorti,
Dispergens celeres in orbe flammas
Ultimisque nepotibus videndas.
Fulges ante oculos nepos Atlantis,
Vivos eloquio docere gaudens
In vitamque vocans diu sepultos
Pindarosque gregesque Olympicorum
Heroum, arte sua perenniorum.
Splendes sideream tenens coronam,
Reges ex animo canens verendos
Nervisque eliciens modos sonoros,
Quales concinuisse fertur Orpheus,
Mulcens corda hominum ferasque ducens.
Ac — quis non reminiscitur Tvorvm? —
Sic scandis solium crepasque calcans,
Tamquam Juppiter Africanus olim
Orbem consilio regens volentem.
Vir stas in cathedra vigesque motu,
Promens abdita, certiora monstrans,
Vatum fata profans choro stupenti:
Sic saevo borea salum movente,
Cunctis sideribus polo fugatis,
Castor emicat unus eripitque
De sua dubios salute nautas.
Sic vixisse iuvat virum innocentem,
Aetatis patriae domus honore
Aucto et pro meritis amore parto
Civiumque suorum et exterorum.
Si quando Deus ad suas vocabit
Te sedes — utinam vocare cesset! —
Hei, desiderium Tvi relinques
Quantum! — o vive Tvis vigeque felix
Millium iuvenis diu Magister!

Nobbe.	W. Hempel.	Kreussler.
Forbiger.	Klee.	Hauschild.
Martin.	Palm.	Ieschar.
I. Hempel.	Brandes.	Michler.
Naumann.	Otto.	Schulz.

VIRO ILLUSTRISSIMO

GODOFREDO HERMANNO

S. S. THEOL. ET PHILOS. D. ELOQ. ET POET. P. P. O. PRAEFECTO EQUITUM ORD. SAX. VIRT. CIV. UNIV. ET ORD. PHILOS. SENIORI. COLLEG. MIN. PRINC. SOD. REG. SEMINARII PHILOL. DIRECTORI. SOC. GRAEC. PRAESIDI SOCC. ARCH. ROM. REGG. BAVAR. MONAC. BEROL. NANT. LAT. JEN. HISTOR. THEOL. ET OECON. LIPS. SODALI. INSTIT. REG. BELG. SOCIO EXTR. INSTIT. FRANC. ACAD. REG. INSCR. ET BON. LITT. SOCIO EPIST. ACAD. IMPER. PETROPOL. SOCIETT. SCIENT. NORVEG. ET GERM. LIPS. SOCIO HON.

DIEM

QUO ANTE HOS L. ANNOS

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE PROMOTUS EST

CELEBRANTI

PIE ATQUE AMICE GRATULANTUR

RECTOR PROFESSORES ET ADIUNCTI

SCHOLAE PORTENSIS.

A. D. XIV. KAL. IANUAR. MDCCCXL.

Regum triumphos armaque splendida
Currusque eburnos et litui sonos
Turmasque densas ducti et hostis
Ora trucis manibus revinctis

Dicant, atrox quos Martis opus juvat:
Nos incruentam Musae et Apollinis
Palmam canemus, nos perennes
Ingenio meritos honores

Herois alti, cui decimo parant
Lustro laborum praemia, lauream,
Cum gloria exacto, recentem
Nectere fronde sacra Camenae.

Ipsae puellum in Pierio procul
Antro educavere, oraque nectaris
Assueta succis et deorum
Ambrosia, fidium sonoro

Finxere cantu, voce et amabili
Aures bibentes carmina non modis
Cantata vulgatis amice
Personuere, ut avita vatum

Oracla, sacro tecta silentio,
Mortalibus jam panderet, et modis
Cantus revelatis pateret
Omne adytum veteris Sibyllae.

Sic missus olim Triptolemus velut,
Terris deorum ut munera spargeret,
Artes refert Musarum alumnus,
E tenebris redeuntque vates.

Clarum sonant jam Maeonidae fides:
Raucum Latina hinc barbitos obstrepit:
Orphei lyra, silvas ferasque
Qua domuit, nova gens movetur.

Pandunt fores jam Cecropiae domus,
Et pompa Baccho sacra canit modos,
Quos Aeschyli sublimis ardor,
Quos Sophoclis generosa virtus,

Euripidis quos callida mens tulit.
Mirantur omnes dicere conditos
Sensus virum, sacrasque voces
Densum humeris bibit aure vulgus.

Mystarum at ingens magna ducis cohors
Praecepta curat sedula, et artium
Diffundit in terras benigna
Lumina, barbarie fugata.

Qualis Thyoneus thyrsigero grege
Stipatus olim, grata ferens bona,
Orbem peragravit triumphans,
Laeta hominum comitante turba:

Talis per orbem mentis et ingeni
Dux dis amatus munera fert sua,
Victorque non unius anni
Perpetuo animis triumphat:

Germaniae omnis quem pietas colit:
Cui Gallia omnis plaudit Iberaque
Gens cum Britannis, quem Geloni
Suspiciunt et amica Roma. —

Sed jam tubarum murmura perstrepunt
Musarum in aula, jamque patent fores:
Procedit ipse, ut vota solvat
Et repetat veteres honores,

Grandaevus heros, tempora laurea
Cinctus decora: magnanimus vigor
Et laeta majestas renidet
Cum gravitate verendo in ore.

Jam purpuratorum agmina splendida
Patrum sequuntur, post juvenum greges,
Commilitones quos salutat
Sacra cohors operata Musis.

Quis, dum resolvunt ora faventibus
Dictis, patremque et praesidium vocant,
Et nostra vox Portensis aulae,
Fida et amica, simul sonabit:

HERMANNE, salve, maxime patriae
Praeceptor, altum Saxoniae decus,
Salve, vige et porro teneto
Integer invidiaque major

Fasces superbos regnaque pristina:
Dum TE, peracto munere gloriae
Perennis, in coelum merentem
Tardior aura favens reducet!

Godofredo Hermanno Lipsiensi

Grammaticorum equitum in Europa principi
diem mensis Decembris undevicesimum
quo ante hos quinquaginta annos
Doctoris philosophiae et artium liberalium Magistri dignitatem acceperat
anno CIↃDCCCXXXX redeuntem gratulatus est
Aenotheus Vuilhelmus Müller
loco natali Memlebenensis munere Torgovanus.

Salve Hermanne mihi, salve germane Magister,
Teutoniae Doctor, qui sapientiam amas,
Quam Deus ipse dedit prudens mortalibus almam,
Ut tenebras densas mentibus excutiat,
Quamque dedit rerum divarum aperire latebras,
Ut curis solvat pectora sollicitis.

Salve praeceptor, qui quem Lobeckius ante
Erudiit comis, dum Viteberga viget,
(Unde heu! expulerat bellum ferventibus armis
Ad Batavosque pater miserat aequoreos),
Suscipere in gremium dignatus fidus alebas
Admirabiliter, quae Tua gratia erat,
Tantum pollenti cui consociata benigne
Immensas fundit copia grandis opes.
His versare solet Tua mens arguta juventam,
Inque bonis agitas artibus assiduos.
Et vigor accrescit cum subrepente senecta,
Ac rapit et raptos vox dominata tenet.
Grammaticorum equitum Te summum exercet Homerus,
Pindarus, ut quondam, Te ore profundus agit;
Nec minus Aeschylus et reliquorum magna caterva
Graecorum vatum et magna pedestris agit;
Cum Sophocle Euripides ad Nonnum Panopoliten
Usque et Thucydides, magnus Aristoteles;
Tu quidquid Psellus, si quod vel posteriores
Artis opus praebent, construis atque novas.
Exercet Plautus Te laetus cumque Terenti
Sermone urbano fragmina Pacuvii;
Facundi exercet Ciceronis et acris Horati
Ubertas et qui manat ab ore lepos;
Virgineumque decus Te dignaque verba poëtae
Virgilii, et quae Te pellicit ampla cohors,
Quae Tibi formavit linguam quaeque ore rotundo
Et recte assuevit doctaque et apta loqui,
Ut fluat et sermo montani fluminis instar
Concordentque Eratus carmina festa lyrae.
Christicolum exercent Te quae posuere virorum
Afflatae mentes numine scripta sacro,
Quae fulcire solent animum Tibi nactaque per Te
Sunt intellectum jure tenentque suum.
Non legem linguae spreverunt pectora sancta,
Quis Deus ipse usus scripta beata dedit.
Monstrasti primus clare, multique secuti
Grammatice libros explicuere sacros.
Sed quam multa Tibi sunt hac quoque in arte novata!
Quot venere dies, tot nova et apta paras.
Nulla quies: numeros, — quorum doctrina renata est
A Graecis per Te, — disposuisse juvat,
Nuncque locos aliter Tu corrigis, — atque retractas,
Si statuisse piget, — post meliora probans.
Nam mortale negas opus ullum partibus esse
Perfectum cunctis, — sic meliora petis.

Ditior es tamen ipse aliis, qui nulla retractant
Errata, atque Tibi copia magna manet.
Lustra abiere decem, cum, permoto orbe, petitus
Est a Te primum doctus honoris apex:
Num quid Tu in studiis antiquis negligis unquam,
Ingenii ingenuum numne remittis opus?
Num morosus abis aut tristis, larga fefellit
Cum spes, aut cum quid contigit asperius?
Nonne Deus semper firmavit robore miro
Te Tibi, Te caris, quique Te amore fovent,
Discipulis, patriae certis et semper amicis,
In quos certa fides usque probata Tibi est?
Quae comes ad latus it, quae semper dicere vera
Ex animo, Te nil dissimulare jubet,
Qua jacis igniculos animis pietatis honestae
Et juvenes stimulas quaeque decora sequi.
Sic hedera adjungis viridi Tibi firmius illos,
Ut Te doctorem linquere nemo queat.
Illacrimans ego vix poteram discedere quondam
Cum schola Torgovam me vocat atque Deus.
Nam citius tempus rapidis effluxerat horis,
Et Te quo licuit voce Tuaque frui.
Tumque, vale! dixi, longos tueatur in annos
Te Deus ille potens! Est tuitusque potens.
Post, quoties potui Philyreae audire docentem,
Audio Te ac praesens vota eadem ipsa novo.
Non exclusit hiems diro me frigore adesse
Gratantum numero, qui Tibi fausta cupit.
Nunc etiam repeto: longos tueatur in annos
Te Deus ille potens! Tu mihi et usque fave!

VIRO MAGNIFICO

GODOFREDO HERMANNO

REDEUNTE
POST QUINQUAGINTA ANNOS
DIE FAUSTO FELICI
QUO DOCTRINA ILLUSTRARE COEPIT GERMANIAM
PIETATEM TESTATUS EST
F. G. GRASER,
LUSATUS.

Claris beatam dic age filiis
Pimplei matrem, dic age Lipsiam
Plerumque lauro gestientem
Cingere perpetua merentes;

Nunc sed triumphantem insolitis recens
Splendere vestris nobilem honoribus,
Quo grandius nil gloriatur
Saxoniam peperisse doctam.

Ceu sidus almum namque per aethera
Hermannus ortus, jam decies nova
Quinos celebratur per annos
Spargere luce supérstes orbem,

Qua, quidquid artis di dederant bonae
Divina saeclis discere callidis,
Pulsa refulsit nocte prisco et
Spirat adhuc renitens honore.

Quid debeas Germania Graeciae,
Olim magistra qua Latium ferox
Urbesque gentesque usque late
Barbariem posuere turpem,

Fas praeter omnes te docilem illius
Fateri alumnam: cui nihil ingeni
Venam benignam laetiore
Fonte rigare ferosque cultus

Formare sic aut polluit artibus
Multa virorum aut prole imitabili.
Hinc rite demulcere cantu
Maeonio didicere nostri

Grataque vates Aeolia fide,
Quos et cothurnus Cecropius decet
Schillerus omnis Goethiusque
Diliciae populi perennes.

Neu mente caeca transigerent leves
Aevum, beatis illi Academiae
Silvis Stagiritae et palaestra
Leibnitiumque aluere clari

Kantique acumen. Quin liquidam Patris
Filique vocem pectora quod bibunt,
Fortem Lutherum Graecia olim
Atque Melanthona cinxit armis.

Ergo salutis laetificae memor
Nunc gratulari patria Lipsiae,
Orbisque gestit doctus omnis
Concelebrare decus parentis.

Grajis Camenis quod videt altius
Europa templum? sanctior aut ubi
Divis sacerdos fert honores,
Quam GODOFREDUS amicus ipsis?

Illum tenellum credite posteri
Mixtum sororum cantibus et choris,
Quum saepe Parnassum ad bicornem
Alite fortis equo rediret.

Tum mira castae quae modulamina
Lusere, pleno pectore condidit,
Admissus arcanisque fontes
Imbibit ambrosios loquelae.

Testatus almas dimidium cluet
Saeclum magistras. Quippe fidelior
Interpres ipsarum quis ortus
Aut alias oriturus unquam?

Illi docenti carmina, Pindaro
Bono aut Homero Calliope patri
Regina quae praecepit olim, aut
Aeschyleos similes deorum

Regesque planctusque horrificos virum,
Stupet juventus Melpomene duce
Heroas antiquos renasci.
Interiora sed ausus idem

Sublimis artis pandere gentibus.
Sentire magnum est magna, sed optimum
Factis bonis spectata virtus:
Praesidio at meliore nullo

Mortalium auxit vitam inopem deus,
Quam ut vera fando et dulcia promerent
Ac mentis occultae disertam
Effigiem colerent loquelam.

Has doctus artes olim adyto sacro
Caussasque legesque et vitia et modos
Linguae recludens, et severo
Arbitrio monumenta priscae

Facundiae dum squalida corrigit,
HERMANNUS ipsi grande refert memor
Altrici Achajae munus, atque
Egregium posuit magistri

Exemplum amicis et popularibus
Orbisque docti principibus viris.
Solertiamque idem modorum
Ac numeros numerare plectri

Invenit unus; nec Latium vetus
Illum ore puro poeniteat loqui
Vel digna Tulli manibus vel
Carmina dicere more Flacci.

O clara multis Lipsia laudibus,
Clarere quantum diceris illius
Virtute doctrinaque. Terras
Namque per et maria illa nomen

Fert Lipsiensis clarae Academiae,
Passovium quae et Reisigium catum
Artesque Thierschi et Fritzschiorum et
Innumeram coluit virorum

Disseminavitque alma propaginem,
Longe tenellae barbaram inertiam
Arcere curantum juventae.
Scilicet, ille Cheruscus olim

Hermannus ut vim contudit impiam,
Hic candidarum rettulit artium
Graecasque vires et Latinas,
Patriae amicus uterque sanctae.

Hinc vota, fas est, Lipsia nuncupat,
Precesque fundit patria debitas,
Regesque amicique et sodales,
Graeca cohors juvenum senumque,

Congratulantur candidius viro
Hoc lumen ortum, justitiam et fidem
Lauro decoram quod perenni
Adspicit et viridi senecta.

Illum beatis o utinam deus
Serum reducas sideribus tuis,
Hic conjugem et caros nepotes,
Hic patriamque beetque amicos.

GODOFREDO HERMANNO

S.

DIE XIX. M. DEC. A. MDCCCXL.

Gaudeamus, socii,
Hac reversa luce,
Prospere praeteriti
Saeculi dimidii
Auspicata duce!

Salve, morum veterum
Nobilis propago!
Non nostrorum temporum,
Potius annalium
Celsior imago!

Te laetamur, lucide
Vindex veritatis!
Recti vigil optime,
Te laetamur, strenue
Custos libertatis!

Salve, Tu, qui imperas
Helladis loquelae!
Tu extinguis maculas,
Genuina reparas,
Conscius medelae.

En, illustris proceres
Graeciae procedunt!
Sophocles, Euripides
Aeschylusque sonipes
Pia vota edunt.

Pulcri potens Latii,
Iterum salveto!
Flacci nepos fervidi,
Haeres Marci Tullii,
Lauream teneto!

Vocitat censorius
„Traduc, macte!“ Cato.
Equum regis vegetus: —
Sursum rapit Pegasus
Cursu Te alato.

Nestor caeli incolis
Velis sociari:
Ames hic incolumis
Patris atque principis
Nomine vocari.

Personate, gaudia,
Nunc maiorem more!
Repleantur pocula,
Tonet vox altisona:
VIVE ATQUE FLORE!

Z. E. F. H.

Miscellen aus der Geschichte der alten Astronomie.

Vom Consistorialrathe *Dr. Schaubach* zu Meiningen.

I. *Ueber eine Stelle in Plutarch's Schrift: de facie in orbe Lunae. C. 6 seqq.*

Schubert*) behauptet, „dass schon Aristoteles die kugelrunde Gestalt der Weltkörper aus der Schwere aller Theile zum Mittelpuncte erklärt habe, und dass die allgemeine Schwere ein Grundsatz der Epicureischen Philosophie gewesen sei, woraus Lucrez sogar den Schluss ziehe, dass die Welt keine Grenze habe, dass ferner Anaxagoras diesen Einwurf im Newtonschen Geiste dadurch beantworte, dass jeder Weltkörper durch seine Bewegung im Kreise (die Wurfsgeschwindigkeit) gehindert werde, zum Mittelpuncte zu fallen, und dass Plutarch eben diesen Grund angebe, warum der Mond, ungeachtet seiner Schwere, nicht auf die Erde falle.“ Aber nicht blos Anaxagoras, sondern auch Empedokles, welcher den täglichen Umschwung der Erde nach der philolaischen Hypothese mit einem schnell umgeschwungenen Becher vergleicht (Arist. de cael. II, 13), auch Demokrit nach Simplicius (ad Aristot. de cael. pag. 91 a.) und Socrates im Phaedon sprechen von dem Umschwunge der Kreise des Himmels. Ja man könnte selbst Aristophanes anführen, wenn er in den Wolken (v. 380) im Spotte über die damalige Naturphilosophie Sokrates behaupten lässt, Zeus sei ein αἰθέριος δῖνος geworden. Die Erscheinung geht

*) Fr. Th. Schubert's populäre Astronomie, Th. 3, S. 233. Vgl. Allg. Anz. d. D. 1837, Nr. 304 und neue Jahrbücher für Philologie u. Paedag. 1839, 5. Supplementband, 4. Heft, Seite 547 ff. über Epikur's Begriffe.

aus dem menschlichen Geiste hervor. Von Gründen aber, dieselbe zu erklären, findet sich keine Spur. Sie galt für einfach und naturgemäss.

Auch Aristoteles geht bekanntlich von der Nothwendigkeit der Erscheinungen aus, sucht aber doch durch Dialektik nach den Grundsätzen seines mit dürftigen Erfahrungen ausgestatteten Realismus die Bewegung des Himmels und die Stellung der Elemente im Weltraume zu erklären. Die Kugelgestalt hält er mit Plato für die vorzüglichste. Alle Körper müssen nach seinen Grundsätzen von Natur beweglich sein. Dem einfachsten (dem Himmel) ist die Kreisbewegung natürlich. Derselbe ist weder leicht noch schwer, weil dessen Theile sich weder nach dem Mittelpuncte noch von demselben in gerader Linie bewegen. Bei einem sich im Kreise drehenden Körper ist der Mittelpunct allein in Ruhe. Dieses ist der Ort der Erde, deren Natur es ist, im Mittelpunkte des Weltraums still zu liegen und von jeder andern Stelle dorthin in gerader Linie zu sinken. Da aber immer zwei entgegengesetzte Dinge zugleich wirklich sind; so muss auch noch ein anderes Element von entgegengesetzten Eigenschaften sein, das Feuer, welches durch Leichtigkeit ebenfalls in gerader Linie aufwärts strebt, aber nicht in's Unendliche, sondern bis an die Grenzen des Himmelsgewölbes*).

Etenim, quae apud Arcadium p. 141, 27 — 144, 4 leguntur, iisdem ex parte verbis inveniuntur in Bekkeri anecdotis pp. 1143—1144 inde a verbis ἐκ μὲν ὀνομάτων. Exemplorum ex Homero maximam partem desumtorum et hic et in toto libello maior quam apud Arcadium est copia. Et congruentia quidem inveniuntur exempla haecce: ἤ νύ σέ που δέος ἴσχει, Bekk. anecd. 1142, Arc. 146, 11. ἔστι πόλις Ἐφύρη, Bekk. 1148, Arc. 142, 14 et 147, 26. κῆρυξ ἐστί et φοῖνιξ ἐστί, Bekk. 1148, Arc. 140, 3. Neque, quae Arcadius 142, 13—19, 139, 29 — 140, 3 habet, ab iis, quae apud Bekkerum p. 1148 extant, adeo discrepant, nisi quod ab Arcadii libro absunt, quae non ab Herodiano profecta sunt, ut illud Θωμᾶς ἐστι exemplum, quod idem in Crameri anecd. I, 186 sub voce ἧμιν cum aliis Herodiano non usitatis exemplis ut Γρηγόριός ἐστιν occurrit, quamquam Crameri quoque grammaticum ex Herodiani libris hausisse puto. Arcadium vero multo propius a Bekkeri ἐγκλινομένων libro abesse videmus genuina restituta lectione. Nam quod 142, 15 desideratur ἀλλὰ et τοῦτο Aldini, de quibus mox copiosius dicturus sum, Horti Adonidis p. 230 b. suppeditant [12]). Iidem cum codice Havniensi (cf. Guil. Dindorf gramm. gr. Vol. I, p. 48—70, lectiones codicis Havniensis ad Arcadii librum de accentibus ab E. Barkero editum) lacunam, quae est Arcad. 141, 16, verbis: οὔτε αἱ μετοχαὶ ἐγκλίνεσθαι θέλουσι (230, b) explent et Arcadium quoque in participiis nullum inveniri ἐγκλινόμενον dicentem faciunt. Proxime vero absunt, quae apud Arcadium 147, 23 — 148, 5 leguntur, ab iis, quae περὶ τοῦ ἔστιν apud Bekkerum p. 1148 iisdem fere initio verbis habentur:

12) vide Fabr. bibl. gr. ed. Harles. Tom. VII., 94. Arcadium nihil omnino de ἀλλὰ et τοῦτο vocabulis dixisse vix credam, quamquam si grammaticam tantum rationem spectaveris, Arcadii hic locus minime laborare videtur. Quare difficilis de hac re coniectura.

τὸ ἔστιν ἡνίκα ἄρχει λόγου ἤ (sic) ὅτε ὑποτάττεται τῇ οὔ (sic) ἀποφάσει ἢ τῷ καὶ ἢ εἴ (sic) ἢ ἄλλῳ συνδέσμῳ ἤ (sic) τῷ ὡς ἐπιῤῥήματι ἢ τῷ τοῦτο, τηνικαῦτα τὴν ὀξεῖαν ἔχει ἐπὶ τοῦ ε (cf. Hort. Adon. p. 230, b) οἷον:

ἔστι πόλις Ἐφύρη μυχῷ Ἄργεος ἱπποβότοιο κ. τ. λ.

Suntque haec et apud Arcadium et in ἐγκλινομένων libro in fine collocata.

Aliud de encliticis dictionibus fragmentum, quod habent Horti Adonidis (p. 232—234), καὶ ἄλλως Αἰλίου περὶ ἐγκλινομένων λέξεων inscriptum et eadem fere quae Arcadius (141, 21 — 147, 22) continens, nisi egregie fallor, ipsi Herodiano est tribuendum, si quidem qui hic nominatur Aelius, non pro Aelio illo Halicarnassensi, περὶ ἀκλίτων ῥημάτων scriptore, quem in accentuum quoque doctrina occupatum fuisse veterum nemo est auctor, sed pro Aelio Herodiano habendus est (vide Goettling. in accentuum doctrina §. 7). Maximam huius fragmenti particulam iteratam fere et cum alio, quod ab ipso excipitur, fragmento, cui καὶ ἄλλως περὶ ἐγκλινομένων (antecedit enim ἐκ τῶν Χοιροβόσκου περὶ ἐγκλινομένων) inscriptio est [13]), copulatum et cum Arcadii libro ad verbum fere congruentem [14]) inveni. Quo autem quae utriusque fragmenti sit indoles atque conditio cognoscatur, quoniam integram hic lectionis varietatem proponere longum est, et huius scriptionis prohibent fines, ita fere rem instituam, ut, quae vel meliora vel uberius explicata, quam habet Arcadii editio Barkeriana, in Aldino illo thesauro exstare censeam, e regione collocata cum Arcadii libro conferantur.

---

13) Hort. Adonid. p. 229, b. Arcad. inde a 139, 1.

14) quae quidem ratio tam late patet ut incertum, cuius verba Hermannus in libro de emend. rat. gr. gr. p. 78. affert, grammaticum ab Arcadio (149, 19 — 24) non differre nullo intelligas negotio. cf. Bekkeri anecdota graeca 548, qui locus est Apollonii, a quo Arcadium interdum satis prope abesse videmus cf. Arcad. 146, 11. cum Bekk. anecd. 517: ἤ νύ σέ που δέος ἴσχει quod exemplum supra ex Bekkeri anecdotis 1142 attulimus — Arcad. 142, 4—6, cum Bekk. 536, 20 — utroque loco indefinita inclinatione ab interrogativis distingui praecipitur. Nullam contra Arcadii cum Choerobosco aliove praeter Theodosium Goettlingii et quos supra dixi grammaticos invenias coniunctionem, si eam exceperis, quae inveniatur necesse est, cum duo vel plures eandem rem tractant. Quam vero dispar Arcadii et qui post Herodiani aetatem fuerunt, grammaticorum, sit ratio, intelligi potest Porphyrio et Choerobosco cum Arcadio (188, 7 —12) comparatis. Arcadius enim qui ad litterarum similitudinem (ἀπὸ στοιχείων τὴν γένεσιν ἔχουσιν) accentuum inventa esse signa nusquam, quod sciam, docet, ab ipso Aristophane circumflexi accentus signum ex angulari, quod erat principia in semicirculare mutatum esse narrat (δεδοικὼς μή τι ἄρα ἐν τῇ παραθέσει τῶν γραμμάτων παραμιγνύηται τὴν ἀνάγνωσιν). Quare Porphyrium omnia sua ex Herodiano hausisse ne crede, quamquam ita Goettlingius praefat. ad Theodosium XV.

Arcadii liber περὶ τόνων.	*Incertus auctor* in Hort. Adon.	*Aelius* in Hort. Adon.
p.139,1. περὶ τῶν ἐγκλινομένων μορίων.	p. 229, b. καὶ ἄλλως περὶ τῶν ἐγκλινομένων.	
p. 139, 26. τὴν τελευταίαν θέσει μακρὰν, τότε ἀναπέμπουσι τῇ προηγουμένῃ λέξει οἷον	p. 230. τὴν τελευταίαν θέσει μακρὰν, ἢ προπερισπωμένη ἢ προπαροξύτονος, τότε ἀναπέμπει, οἷον supra enim verba ἢ προπαροξύτονος ἢ παροξύτονος post προηγουμένη λέξις (Arcad. 139, 22. 23.) omissa sunt.	
—, 28. 29. Ἀρκεσίλαός τε, Ὅμηρός ἐστι, γυναῖκές εἰσι, τυφθεντά τε (sic) (τυφθέντά τε).	— τυφθέντά τε, γυναῖκές εἰσι, πῶς τε, Ἀρκεσίλαός τε, Ὅμηρός ἐστι.	
140, 9. συνθέσει. συνεπείᾳ in margine.	— συνεπείᾳ.	
—, 20. 21. ἀπὸ τόνου, ὡς ἐπὶ τοῦ μεταμέλει, ἢ σπονδειακὴ, ὡς ἐπὶ τοῦ Ἀτρείδης.	— ἀπὸ τόνου δηλονότι ἐπὶ τὴν λήγουσαν ὡς ἐπὶ τοῦ πολλάκις ἢ ἰαμβικὴ ἀπὸ τόνου, ὡς ἐπὶ τοῦ Ἀτρείδης. Eadem fere, quae codex Barkeri alter et Havniensis exhibent, nisi quod μεταμέλει pro Ἀτρείδης.	
140, 22. ἐπιφέρον.	— ἐπιφέρονται.	
141, 2. Ἀτρείδής φησι (sic).	— Ἀτρείδής σφισι.	
—, 9. τινὶ (sic).	τίνι penultima acuto notatum.	
—, 16. δύναται ὅτι τὰ μὴ ὀξυνόμενα κ. τ. λ.	— διότι οὔτε αἱ προσθέσεις, οὔτε αἱ μετοχαὶ ἐγκλίνεσθαι θέλουσιν. ἔτι τὰ ὀξυνόμενα. κ. τ. λ. cum codice Havn.	
141, 19. λοιπὰ ἐγκλίνονται.	— λοιπὰ ἐγκλίνονται. ἐν γὰρ τοῖς ῥήμασι τάδε ἐγκλίνονται· εἰμὶ,	

	εἷς, εἶ δὲ ἀνέγκλιτον. ἐστὶ ἐστὸν ἐσμὲν φημὶ ..... (videtur hic aliquid intercidisse) . . φατὲ φασί. Similia Arcadius 142, 8—10 et Horti Adonidis p. 231, nisi quod hi τοῦτο τὸ δεύτερον ἀνέγκλιτον, λέγω δὲ τὸ φῂς (Arc. 142, 8) recte exhibent.	
p. 141, 20. ἔτι περὶ τῶν ἐγκλινομένων.		p. 232, καὶ ἄλλως Αἰλίου περὶ ἐγκλινομένων λέξεων.
p. 141, 21. 22. πᾶν ἐγκλινόμενον . . . . βαρύνεται.		— πᾶν ἐγκλινόμενον μόριον ὑποτάσσεται πάντως ἐκείνῳ, ᾧ καὶ τὸν ἑαυτοῦ τόνον ἐγκλίνει. ἦλθέ τις, ὁ δωκάς (lege ἔδωκάς) μοι, ἤκουσά σου; similiter, ut apud Bekk. 536. Apollonius Dyscolus τὰ γὰρ ἀοριστούμενα ἐγκλιτικά ἐστι, τὰ δὲ ἐγκλιτικὰ ὑποτακτικά ἐστιν.
— 24, σύνδεσμος πάλιν κ. τ. λ.		— σύνδεσμος. τῶν δὲ λοιπῶν τριῶν οὐδὲν ἐγκλίνεται, οὔτε μετοχὴ, οὔτε ἄρθρα, οὔτε προσθέσεις, πάλιν κ. τ. λ.
142, 5. πνευματικὰ γίνονται.	πυσματικὰ γίνονται cum codice Havn.	— πευστικὰ γίγνονται.
—, 11. αἵματός ἐστιν ἀγαθοῦ κ. τ. λ.		Exemplorum ab Arcadio allatorum loco haec: καλός εἰμι, αἵματός εἰς ἀγαθοῖο, ἄνθρωπός ἐσσι, οἴμοι σκυζομένῳ περ Ἀχαίων φίλτατοί ἐστον, quod idem exemplum exstat in ἐγκλινομένων, quod supra cum Arcadio contulimus, scripto, nisi quod ibi legitur φέρτατοι pro φίλτατοι.

142, 18. ἐγκλίνεται ... ἔσσι γεραιέ.		— ἐγκλίνεται σχέτλιός ἐσσι γεραιέ.
142, 24. πρωτοτύπου προσώπου.	— πρώτου προςώπου.	
143, 7. βραχεῖαν τάσιν.	p. 231, βαρεῖαν τάσιν.	— βαρεῖαν τάσιν.
143, 8. περισπῶνται γάρ.		— προπερισπῶνται γάρ.
143, 10. καὶ τὰ πληθυντικὰ κ. τ. λ.	— καὶ τὰ πληθυντικὰ ἐπεὶ ἐγκλίνονται τὴν πρώτην συλλαβὴν ὀξύνονται — contractius quam apud Arcadium.	— αἳ πληθυντικαὶ εἰ (sic) ἐγκλίνωνται.
143, 26. 27. ἐμοῦ ἤκουσας οὐκ ἄλλῳ (sic), ἐμοὶ ἔδωκας οὐκ ἄλλῳ.		p. 233. ἐμοὶ ἔδωκας οὐκ ἄλλῳ, ἐμοῦ ἤκουσας οὐκ ἄλλου.
144, 2. αἵτε γὰρ διεζευγμέναι κ. τ. λ.		— αἳ δὲ συμπεπληγμέναι κ. τ. λ. plura sunt quae ab Arcadio discedunt vocabula.
144, 28. τέ, καίπερ, γε, τοι, θην, κεν (sic sine accentibus).		— τέ, καί. καί τε χαλιφρονέοντα καὶ τό γε τοῦτό γε (intercidisse videtur τοι). μή νύ τοι οὔ χραίσμῃ. ῥα, ὅς ῥα νόθος. θην, οὗ μήν θην κείνης γε χερείων εὔχομαι εἶναι. κεν, καί κεν δή. τὸ οὖν παραπληρωματικὸν μετὰ τῆς οὐκ ἀρνήσεως, ὅτε ἀποφαντικῶς περιλαμυάνονται (sic, saepius enim pro β in Hortis Adon. υ littera locum habet) οὔκ οὖν γε ἄσω τὴν γῆν οἰκεῖν. ἔτι περισπώμενος (sic) γὰρ κατάφρασιν σημαίνει, συλλογιστικὸν ὢν ἐπιφορικός (sic). (cf. Bekk. p. 526. 527. Apoll.) οὐκοῦν καὶ ἤδη (sic) τῶν θεατῶν τις λέγοι. καὶ τὸ πῶ δὲ καὶ τὸ νυν ἐγκλινόμενα συνδέσμους

		εἶναί φασι, δεῦρό νυν καὶ τρίποδες. τὸ νῦν χρονικὸν ἐπίῤῥημα ὀρθοτονεῖται καὶ μακρὸν ἔχει τὸ ῡ — μήπω (desunt fortasse quaedam) τὰ μὲν οὖν ἐγκλινόμενα κ. τ. λ. ut Arcadius 145, 1 sqq.
145, 14. 15. εἰ ἰαμβικὴ τύχοι βαρύνεται οἷον φίλος τις ξένος τις.		— εἰ ἰαμβικὴ τύχοι βαρύτονος (sic) οἷον λέβη τις, ὅπως τε. οὔτε ἡ πυῤῥιχιακὴ βαρυτονεῖται; eadem habet cod. Havn., qui pro βαρύτονος et βαρυτονεῖται suppeditat βαρύνεται.
145, 17. ἔνθ' ἔσσαν πέπλοι παμπίκοιλοι (sic) ἔργα γυναικῶν.	— ἔνθ' ἔσσαν πέπλοι παμποίκιλοι absunt ἔργα γυναικῶν.	— ἐσάν οἱ πέπλοι παμπίκοιλοι, eadem atque apud Arcadium corruptela.
145, 18. ἀπαραλόγως δὲ ἐγκλίθη ἡ ἀντωνυμία πυῤῥιχίου (sic) προκειμένου.	— ἀπαραλόγως δὲ ἐγκλίθη ἡ οἱ ἀντωνυμία πυῤῥιχίου προκειμένου.	— ἀπαραλόγως γὰρ ἐγκλίθη ἡ οἱ ἀντωνυμία πυῤῥιχίου προκειμένου.
145, 22. 23. καὶ ἐπὶ τῶν ὁμοίων ὡσαύτως.	— haec absunt.	
146, 7. 8. εἰ δὲ περισπῷτο.	— εἰ δὲ περισπᾶται.	p. 234. οἱ (sic) δὲ περισπᾶται.
146, 11. 12. πολλαὶ ἕπονται αἱ παράλληλοι ὀξεῖαι.	— πολλαὶ ἔσονται καὶ αἱ ὀξεῖαι.	— πολλαὶ ἔσονται καὶ ἐπάλληλοι αἱ ὀξεῖαι.
—, 19. ὥστε ἐφεξῆς εἶναι ὀξείας.	— ὥστε ἐφεξῆς ὀξεῖαι ἕξ.	— ὥστε ἓξ εἶναι ἐφ' ἑξῆς ὀξεῖαι.
—, 27. παρακολουθούσης.		— περικολουθείσης.
—, 28. ἔστ' ἀγέλαε.		— ἔστ' ἀγεσίλαε.
147, 5. ὅτι τῶν ἐγκλινομένων ἢ σπονδειακὴ κ. τ. λ.	— ὅτι τῶν ἐγκλινομένων ἢ πυῤῥιχιακή.	— ὅτι τῶν ἐγκλινομένων ἢ σπονδιακή.

quare apud Arcadium ὅτι τῶν ἐγκλινομένων ἢ σπονδειακὴ ἢ ποῤῥιχιακὴ legendum esse censeo.

147, 9. οὐδὲ ἡ βραχεῖα.		— οὔτε ἡ βαρεῖα.

Quas in hoc conspectu praetermisi discrepantias verborum collocationem maximam partem spectantes, levioresque vel adiectiones vel defectus, quum parum habeant momenti, eo mihi rem adduxisse videor, ut quae inter fragmenta illa et Arcadium intercedat ratio, oculorum quasi obtutui pateat. Propius enim ad Arcadium illud accedere videmus fragmentum, quod nullo nomine insigne, adiectiones paucissimas, diminutiones plurimas continens, hac certe in accentuum doctrinae particula novam quandam, eamque haud negligendam Arcadii exhibet recensionem. Remotius est alterum, quod Aelii cuiusdam esse inscribitur, quamquam mira cum Arcadio affinitate coniunctum. Etenim ea fere huius fragmenti obtinet ratio, ut ex hoc potius, quam quod vulgo Herodiano *περὶ ἐγκλινομένων.... μορίων* tribuitur scriptum, quae de encliticis apud Arcadium exstant ducta esse putes. Accedit, quod et copiosior et exemplis auctior in hoc est expositio, quam vel apud Arcadium vel in *ἐγκλινομένων* libello, quae res ex largiore certe fonte, quae hic de encliticis dictionibus traduntur, quam quae alibi, hausta esse, manifesto est documento. Quae cum ita sint, insigne Herodianiae prosodiae in hoc fragmento servatum esse mihi videtur specimen, et satis illud quidem idoneum, quo vel solo, id quod volumus efficere possimus. Quodsi alia quoque atque persecuti sumus Herodianii operis inveniri posse fragmenta minime infitias eo, sufficere tamen ea, quae contuli existimo, quibus ad hanc quidem quaestionem haud facile reperias aptiora.

Satis igitur videtur esse disputatum de Herodiani magna prosodia, libri *περὶ τόνων* fonte. Videamus nunc, qua ratione Arcadius sive quicunque alius libri *περὶ τόνων* est auctor (Theodosii enim in cod. Havn. exstat nomen), versatus fuerit, in summario concinnando, et primum quidem, ne prorsus praetermittamus illam, quam modo dixi controversiam, de qua singulari scriptione quaeri posset, nisi tanta esset in hac re testimoniorum paucitas, codicum mss., quos huius libri plures exstare scimus, in partes vocemus fidem, quamquam nulla re magis inter se discrepant, quam libri *περὶ τόνων* vel auctore significando vel indice exhibendo. Plures exstare dixi codices. Etenim praeter Parisinos regios 2102 et 2603, quo codice illud ipsum Arcadii XIX. librorum opusculum, idque a nostro minime diversum, contineri demonstravit Goettlingius [15]), de quo verba fecerit Fabricius [16]), et Havniensem regium 1695, ex quo lectiones ad Arcadii librum de accentibus a Barkero editum enotavit Guil. Dindorfius [17]), in Bodleianae quoque bibliothecae codice Barocciano 179 magnae prosodiae epitomen delitescere constat [18]), de qua etsi nihil

15) Miscell. critic. Vol. I. Part. IV. p. 757. — cf. Barkeri editionem.

16) Bibliothec. gr. 298. Harles.

17) Graec. Grammaticorum Vol. I. Perperam ideo Groddekkius in initiis histor. litter. Dindorfium laudat tanquam novum Arcadii editorem.

18) Villoison. anecd. gr. II., 173 et Epistol. Vinar. p. 118. Alberti ad Hesychium annotatio 32. *κατὰ τὸν γρ. Ἡρωδιανόν.*

aliud, quam Theodosio grammatico eam tribui scimus, non ita difficilis est coniectura. Namque quem exhibet titulum:

κανόνες τῆς καθολικῆς προσῳδίας τοῦ σοφωτάτου Ἡρωδιανοῦ, οὓς περιέτεμε Θεοδόσιος γραμματικὸς φυλάξας τὸν ἀριθμὸν τῶν βιβλίων [19])

quum in Havniensi quoque codice inveniatur eandem esse hanc epitomen quam Arcadii colligas. Neque non eadem fragmenti est ratio, quod exstat in codice Matritensi XXXVII. [20]), quo eadem contineri videntur, quae codex habet Bodleianus vel Havniensis. Viginti certe librorum index, quem exhibet Iriarte, prorsus congruit [21]) cum codd. Parisin. 2603 et Havn. 1965. Theodosii vero, quod exstare dicit Harlesius (VI., p. 284) in codice Taurinensi CLXIII. de prosodia opusculum, idem esse, quod Arcadii περὶ τόνων, cave credas. Inscribitur enim Ἀρχὴ σὺν θεῷ τῶν ἐρωτημάτων Θεοδοσίου Γραμματικοῦ Ἀλεξανδρέως περὶ προςῳδιῶν, aut breviore titulo Γραμματικοῦ Ἀλεξανδρέως περὶ προςῳδιῶν neque, a Theodosii in Dionysium Thracem scholis differt [22]). Neque, quae ex codice Parisino 2603 excerpsit Goettlingius et Theodosii Byzantii esse putat (in Theodosio inde a p. 202), huc pertinere inde colligas, quod ad verbum fere conspirant cum iis, quae Villoisonus sub Porphyrii nomine edidit (Anecd. II., p. 103) [23]), quae etsi ex Herodiani operibus hausta esse possunt, ab Arcadii tamen libro mirum quantum discrepant. Quod vero e codice Parisino 2554 Goettlingius Theodosii grammatici Alexandrini περὶ τόνων edidit fragmentum (in Theodosio p. 199—201), magna id cum Arcadio affinitate coniunctum esse haecce demonstrant exempla:

P. 199, 1—5: πᾶν ὄνομα μονοσύλλαβον οὐδέτερον μακροκατάληκτον περισπᾶται, εἴτε ἀπαθὲς εἴη εἴτε πεπονθός. πρῶτον μὲν ὅλα τὰ μονοσύλλαβα ὀνόματα τῶν στοιχείων εἶ (sic) μῦ, νῦ, ξῖ, οὖ (sic) πῖ, ρῶ, ταῦ, ὖ (sic) φῖ, χῖ, ψῖ, ὦ (sic) ἔπειτα καὶ ταῦτα. κῆς φῆρ σῆς (sic), σταῖς, οὖς, φῶς, πῦρ, σκῶρ, πᾶν,

---

19) cf. Fabric. biblioth. gr. T. VII. p. 10. ed. an. MDCCXV. — VI., 284 ed. Harles. — Kuster. ad Suidam sub voce Ἡρωδιανός.

20) Fabric. bibl. gr. Harles VI., 281 et 284. „Id fragmentum Constantini Lascaris manu descriptum" (p. 281.)

21) en hic lectionis varietatem: Barker 5, 3. 4. τὸ ἑκκαιδέκατον περιέχει πᾶν ῥῆμα καὶ πᾶσαν μετοχὴν — „XVI. complectitur verba finita in ῶ et μι secundum omnem personam" sic habet Iriarte apud Harlesium p. 284. consent. cod. Havn. — Barker 5, 5. 6. τὸ δέκατον ἕβδομον περιέχει πᾶν ῥῆμα τῶν εἰς μι καὶ περὶ συνθέτων ῥημάτων — Iriarte: XVII. omne verbum et Participium. consent. cod. Havn. — Codex Parisin. 2603 apud Barkerum 5. τὸ εἰκοστὸν περὶ χρόνων τῶν ἐν φωνήεσι καὶ πνευμάτων — Iriarte: XX. de temporibus et spiritibus consent. cod. Havn.

22) „In Theodosii Alexandrini tractatum de prosodia commentatio Amadei Peyroni" quae Orionis etymologico a Sturzio subiecta est. cf. p. 236 et 239. — et Goettling. in Theodos. praef. p. XV.

23) cf. Goettling. in accentuum doctrina §. 7. Bekkeri anecdota p. 676 laudantem.

κρῖ, quae habet Arcadius 124, 11—12 et 15—19 tantum non omnia et inverso ordine.

p. 199, lin. 7 sqq. τὰ εἰς ας κύρια μονοσύλλαβα καὶ ἐπὶ τέλους ἔχοντα τὸν τόνον περισπᾶται ὁ Γρᾶς (Γραῦς codex), τοῦ γρᾶ, ὁ λᾶς, τοῦ λᾶ κ. τ. λ. Arcadius 125, 14 seq. eadem habet paulo tantum contractiora.

—, 14 seqq. τὰ εἰς ους ὀνόματα ἁπλᾶ περισπᾶται βοῦς, χροῦς, χοῦς, νοῦς, πλοῦς, φλοῦς, θροῦς Arcad. 125, 14 seq.

—, lin. 18 seq. τὰ εἰς υς μονοσύλλαβα περισπᾶται, μῦς, σῦς, δρῦς. συναπηνέχθη δὲ αὐτῷ ἰχθῦς, ὀφρῦς, ἀπφῦς, διονῦς, ὀσφῦς. Arcud. 126, 16. 17. nihil de ἰχθῦς, ὀφρῦς, et quae sequuntur vocabulis docens.

—, 16. πάντα γὰρ τὰ εἰς ω θηλυκὰ ὀξύνεται. Arcad. 116, 1. 2.

—, 31. πᾶσα γενικὴ ἢ καὶ δοτικὴ μακροκατάληκτος ἐπὶ τέλους ἔχουσα τὸν τόνον περισπᾶται [200] ὁμοίως ἐπὶ ἑνικῶν καὶ δυϊκῶν καὶ πληθυντικῶν κ. τ. λ. Arcad. 128, 10—12 usque ad περισπᾶται eadem fere habet.

p. 200, linea 30. πᾶν ἐπίῤῥημα μονοσύλλαβον πευστικὸν περισπᾶται ποῦ ποῖ πῇς πῶς. Arcad. 182, 6: τὰ μὲν οὖν πυσματικὰ περισπῶνται κ. τ. λ.

p. 201, 20. πᾶσα αἰτιατικὴ εἰς ν λήγουσα μονοσύλλαβος περισπᾶται κλεῖν, λεῖν, μῦν. Arcad. 130, 17 seq.

His exemplis collatis eandem huius fragmenti quam regularum prosodicarum Hermanni observavimus rationem esse intelligitur. Plura enim sunt quae a libri περὶ τόνων indole plane recedant, quam quae congruant. Quae cum ita sint, hoc certe constat nullam in hoc fragmento libri περὶ τόνων latere recensionem. Quid quod magnopere errare Goettlingius eos putat, qui Theodosium Alexandrinum Herodiani καθολικὴν προςῳδίαν breviasse dicant [24]), quae si vera est opinio, fragmentum illud nullum omnino Herodianiae prosodiae in epitomen redactae specimen continere potest, quamquam Alexandrinum illum grammaticum ab Herodiani disciplina profectum esse negare non possumus.

Theodosius vero Byzantius, quum aliud [25]), quam in Arcadii libro legimus, si quidem Goettlingio fides habenda est, confecerit summarium, illius quidem auctor vix poterit existimari. Quare haud scio, an perperam in codice Havniensi κανόνες ..... οὓς περιέτεμε Θεοδόσιος scriptum sit. Verba certe, quae ante prologum leguntur πρόλογος οἶμαι Θεοδοσίου κ. τ. λ, ipsum, a quo vel hic, vel cuius est ἀπόγραφον, scriptus est codex, librarium dubitasse coarguunt. Consentire vidimus Matritensem cum Havniensi codice, qui idem cum Parisino 2603 plerumque consentit, eo potissimum ab illo discrepans, quod ne nomen quidem Arcadii exhibet. Ex qua quidem re, esse Constantinum

24) In praefat. ad Theodosium p. XV.

25) Cf. Goettling. in Theodos. p. 202: „ex Theodosii Byzantii, ut videtur, epitome catholicae Herodiani."

Lascarem, cuius in verbo οἶμαι se prodit dubitatio, pro certo affirmem. Respondent enim verba „sequitur prologus, ut Lascaris opinatur, Theodosii cet. (Fabric. Bibl. Gr. VI, 281 ed. Harles). Theodosio vero, quod in codice 2603 ea omnia tribuuntur, quae exstant apud Arcadium, inde a p. 185, 16 usque ad 192, 16 (cf. Barkeri notam 93 ad 185, 16); id corruptelae, quae Lascari fraudem facere poterat, originem indicare videtur. Etenim in eodem codice Parisin. 2603, Theodosii eadem, quam supra dixi, epitome catholicae Herodiani, quam exhibet Goettlingius (p. 102 seq.) Arcadii librum praegreditur, quacum coaluerunt, quae apud Barkerum leguntur, inde a 185, 16 usque ad 192, 16, Arcadii praecepta, casu quodam confundente, quae diversis grammaticis tribuenda sunt opuscula (cf. Barkeri notam 24 ad Arcad. 192, 16). Eodem casu factum videtur, quod quae inde a 182, 16 usque ad 184, 14 in codicibus Parisino 2102 et Havniensi exstant, in Parisino 2603 desiderantur. Quo defectu quoniam Havniensem non laborare neque a Parisino 2603 omnino non discedere vidimus; qualis ille fuerit, quem Lascaris (Fabric Bibl. Gr. ed. Harles. VI, 329) transcripsit codex, coniectura tantum assequi poterimus. Similem equidem illius codicis atque Parisini 2603 fuisse rationem, similem diversorum librorum obtinuisse confusionem puto. Unde enim Lascaris illa de Theodosio dubitatio? Si quidem, qui ante eum de libri περὶ τόνων auctore dubitaret, exstitit nemo. Quae tamen res tam diu in medio erit relinquenda, quam Bodlej. Bibl., de quo supra diximus, codicis ignoramus lectiones. At hoc certe mihi videor effecisse, ut Arcadio reddatur, quem Theodosio tribuit Lascaris de accentibus librum. Arcadius vero idem an alius fuerit atque ille, cuius scripta Suidas et Eudocia commemorant, difficilis est quaestio. Etenim quum neque Suidas neque veterum quisquam inter Arcadii scripta hunc de accentibus librum recenseat, Aristodemus[26]) contra quidam a Suida, qui idem Theodosium non novit, commemoratur tanquam is, qui Herodiani prosodiam in compendium redegerit, in Arcadii et Aristodemi nominibus latere quandam corruptelam statuamus necesse est, nisi forte libri περὶ τόνων auctorem post Suidam scripsisse putamus, cui opinioni universus libri περὶ τόνων refragatur habitus[27]). Aristodemi compendium periisse Goettlingius existimat in accentuum doctrina §. 7. Equidem intactum fere relictum esse existimo, Aristodemi autem an Arcadii sit ambigitur. Si Arcadii est, Antiocheni certe esse nequit, quoniam non eodem loco grammatici Antiocheni et eius, quicunque ille est, qui Herodiani prosodiam in compendium redegit, a Suida mentio iniicitur. Commemoratur autem alius quidam Arcadius, Byzantius, cui liber περὶ συντάξεως τοῦ λόγου tribuitur[28]),

26) Sub voce Ἀριστόδημος et Ἀρκάδιος. Cf. Fabric. bibl. gr. Harles. VI, 359. — Eudocia sub voce Ἀρκάδιος eadem habet quae Suidas.
27) Cf. quae monui ad not. 14.
8) Fabric. bibl. gr. Harles. VI, 297. — Bachman. anecd. gr. II, 424; utroque loco sermo est περὶ τῆς συντάξεως τοῦ λόγου sive περὶ τῆς

quem Suidas Arcadio Antiocheno perperam tribuisse videtur. Nusquam autem a veteribus Arcadii *περὶ τόνων* liber laudatur, neque praeter accentuum doctrinam Arcadii ullum fragmentum servatum est. Quae enim, Arcadii Byzantii an Antiocheni nescio, a Koenio ad Gregorium Corinthum laudantur glossae mss., ex libro *περὶ τόνων* desumptas esse statim intelligitur, Arcadii vel uno loco, 121,25, cum glossa collato, quam Koenius habet p. 273 [29]) (583 Schaef.). Qui vero sub Arcadii nomine a Stephano Byzantio, Bekkeri, Crameri, Bachmanni aliisque grammaticis citantur loci, neque ad accentuum doctrinam pertinent ideoque in libro *περὶ τόνων* non reperiuntur, neque omnino fragmentorum colligendorum faciunt copiam [30]). Quae cum ita sint, nulla institui poterit *περὶ τόνων* scriptoris cum libri *περὶ συντάξεως* vel orthographiae auctore comparatio. Iam Arcadii nomen, quum Barkeri codicibus Parisinis confirmetur, Theodosii vero casu vel errore quodam in accentuum librum devenisse videatur, Aristodemus denique grammaticus praeter Suidam a nemine alio commemoretur, Arcadius Byzantius summarii auctor erit habendus, si quidem bis tantum in hac re Suidam lapsum esse credibile est. Lapsum esse Suidam existimo primum, quod Arcadium Antiochenum non distinxit a Byzantio, deinde, quod Aristodemo cuidam Herodianiae prosodiae summarium tribuit, alioquin prorsus ignoto grammatico. — Arcadius igitur Byzantius, quoniam recte apud Suidam ab Antiocheno grammatico Herodiani epitomatorem loco disiunctum esse puto, quo tempore vixerit quaeritur. Iam quod *Ἐλεάζειρ* (20, 17) et *Ἰόρδανος* (64, 20) nomina propria apud Arcadium in-

---

συντάξεως τῶν ῥημάτων — πολλὰ γάρ, inquit Bachmanni gr., *αὐτῆς (διδασκαλίας) τοῖς ἀρχαίοις διαπεπόνηται Ἀπολλωνίῳ τε, τῷ σοφωτάτῳ ἐπικλὴν Δυσκόλῳ καὶ Ἡρωδιανῷ, τῷ πολυμαθεστάτῳ, καὶ τῷ Ἀπολλωνίῳ, τῷ νέῳ, καὶ τοῖς Ἀττικισταῖς, καὶ Ἀρκαδίῳ τῷ Βυζαντίῳ.*

29) *Πλοῖον περισπᾶται* (sic) *ὡς πάσχον διαίρεσιν, αἰολικῶς γὰρ πλοῖον πλόϊον.* Cf. Bast. ad Gregor. Corinth. ed. Schaef. 580 et 583. Fabric. bibl. gr. Harles. 367. Villoison epist. Vinar. p. 115. „Arcadii librum *περὶ τόνων* MS. laudat Salmasius de modo usurarum.“ Ita Salmasius verbi causa Hesychium sub voce *κάσας* ex Arcadii MS. (cf. Barker 24, 12). (Salmasius in Solinum laudatus ab Alberto in Hesychium) et Albertus eundem Hesychium sub voce *αἰολιγῆ* (sic) ex Arcadio (1058) emendat. — Praeter Arcadii, quem supra laudavi, locum hi a Koenio in partes vocantur loci: 54, 4 et 15—17, 4, 27 etc.

30) Citatur Arcadius verbi causa a Bekk. gr. 1193 *σημειοῦται ὁ Ὧρος καὶ ὁ Ἀρκάδιός τινα εἰς ις κύρια ὀνόματα διὰ καθαροῦ τοῦ ος κλινόμενα.* Ib. 1397. *ὁ Ὧρος καὶ ὁ Ἀρκάδιος καὶ ὁ Εὐδαίμων ἄκλιτον λέγουσι τὸ μεις* (Choeroboscus). A Stephano Byzantio sub voce *Αἰγοσθένα Ἀρκάδιος δε Αἰγοσθένειαν αὐτήν φησι καὶ Φωκίδα πόλιν.* V. *Λυρνατία ...Ἀρκάδιος διὰ τῆς ει διφθόγγου.* V. *Ἀκτία. Ἀρκάδιος δὲ ἐν τῇ ὀρθογραφίᾳ φησὶν Ἀκτία κ. τ. λ.* et saepius, ut in vocibus *Μολυκρεία Νιφάτης, Ζεφύριον, Χαιρώνεια.* Accedit Bachm., quem supra citavi, locus Cramer. anecd. Vol. II. p. 313 lin. 28. 29. *παμψιφεί· τοῦτο γὰρ Ἀρκάδιος διὰ τοῦ ī γράφει* — hoc quidem loco de Arcadii orthographia haud dubie est cogitandum nihil enim eiusmodi in accentuum libro (183, 12).

veniuntur (cf. 98, 7 Ἰουδαία et 43, 6 Ἰουδαίοις) inde eum Christianum fuisse cave colligas. Est enim Eleazarus ille, de quo Tacitus Historiar. libr. V, cap. 12., qui eiusdem libri capite 6 de Iordano plura tradit. Quare ipsi Herodiano deberi notationes puto, praesertim cum nihil de suo Arcadium addidisse, ex iis, quae allaturus sum argumentis, appareat. Quae cum ita sint, nulla omnino vestigia reperias ad coniecturam de Arcadii aetate faciendam, quanquam illa, quam Ritschl. (de Oro et Orione p. 11) commendat, via hic quoque progredi poteris, qua quidem ratione Herodiano fere suppar Arcadius erit habendus. Etenim, quum maiore in prooemio, quam in ipso summario, libertate vagari posset Arcadius praeter Herodianum in partes vocavit neminem. Ante Suidam certe Arcadium fuisse pro certo affirmaverim.

Sed haec hactenus, ad verba enim φυλάξας τὸν ἀριθμὸν τῶν βιβλίων redeat disputatio. Viginti enim libris Herodiani prosodiam constitisse Lascaris his verbis dicit.

τὴν μεγάλην προςῳδίαν ἐν βιβλίοις εἴκοσι ....

hunc numerum a Theodosio servatum esse affirmans:

ἣν μετὰ ταῦτα Θεοδόσιος ἐπιτεμὼν τόν τε ἀριθμὸν
τῶν βιβλίων τό τε μῆκος ἐφύλαξε[31])....

firmatque hunc numerum Ludolphus Kusterus Lascaris hac in re non usus testimonio Scholiastarum in Apollonium Rhodium, Sophoclem et Aristophanem, quibus singuli τῆς καθόλου libri citantur, locis in annotatione, quam scripsit ad Suidae vocem Ἡρωδιανός. Iam eundem in illo περὶ τόνων libro numerum servatum esse Lascaris in Herodiani operis, quam fecerat ipse, epitome et in Havniensis codicis, quae ipsi tribuenda videtur, recensione affirmat, neque iniuria. Nam revera ita se habere rem videmus, si cum Parisino codice 2603 Havniensi 1965 et Matritensi 37 περὶ χρόνων τῶν ἐν φωνήεσι καὶ πνευμάτων vigesimum esse librum statuimus. Sed quo singulos singulis Herodianiae prosodiae Arcadii libros respondere demonstrem, ex locis illis a Kustero citatis ii sunt apponendi, quorum apud Arcadium inveniri possunt quasi ἀντίστροφοι. Sunt autem fere hi:

Scholiast. ad Aristoph. aves 1685 (1679) χελιδόνας ἀρσενικῶς φησιν Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ πρώτῳ τῆς καθόλου — Arcad. L. p. 11, 13 — Dindorf. Schol. in Aristoph. I, p. 506, 35.

Scholiast. ad Apoll. Rhod. Ἀτρείδης δ' Ἀμύκοιο. Διὰ τῆς ει διφθόγγου ἡ παραλήγουσα, οὕτως Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ τρίτῳ τῆς καθόλου.

Schol. in Oedip. Colon. 196. ἀπὸ τῆς λάος ἐστὶ παροξυνομένης ἡ εὐθεῖα γενομένη γενικῆς τῆς λᾶος. λᾶος ἀπὸ ῥιπῆς (Il. μ' 426) οὕτως Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ ε' τῆς καθόλου — Arc. 37, 2. 3.

---

31) Fabric. bibl. gr. Harles. VI. p. 334. Quod ad amplitudinem (τὸ μῆκος) non diminutam attinet, Lascaris me non prorsus consentientem habet. Cf. disput. huj. part. extr.

Scholiast. ad Apoll. Rhod. IV, 321. τὸ δὲ Σίνδοι Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ ἕκτῳ τῆς καθόλου βαρυτονεῖν φησι δεῖν. Arc. 48, 9.

Schol. ad Aristoph. Pacem 922 (924) τοῦτο δὲ λαρινὸς Ἡρωδιανὸς ὀξύνει ἐν τῷ ζ τῆς καθόλου. Dindorf. I. p. 694, 36. Arcad. 65, 23.

Schol. ad Apoll. Rhod. I, 1294. Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ εἰκοστῷ φησιν ὅτι τὰ εἰς ος λήγοντα οὐδέτερα δισύλλαβα ἀρχόμενα ἀπὸ φύσει μακρᾶς ψιλοῦται — εὖρος. Arcad. 200, 3.

quibus ex Herodiani ipsius περὶ μονήρους λέξεως accedunt duo καθολικὴν προςῳδίαν laudantes loci (a Kustero non citati:)

Guil. Dindorf. Gram. gr. Vol. I, p. 32 seq. οὐδὲν εἰς ως λῆγον ὑπὲρ μίαν συλλαβὴν ὀξύνεσθαι θέλει, ἀλλὰ πάντα βαρύνεσθαι, ῥήτωρ, κλήτωρ κ. τ. λ. ἡ δὲ ἱστορία τῶν ὀνομάτων εἴρηταί μοι ἐν δευτέρῳ περὶ καθολικῆς προςῳδίας. Arc. 20, 20—22.

ib. p. 18. τὰ διὰ τοῦ διος ὀνόματα πάντα προπαροξύνονται. ...... τὴν δε λύσιν τούτων ἐν πέμπτῳ περὶ καθολικῆς προςῳδίας ἐποιησάμην — Acad. 39, 20 ubi quod legitur εὐωδιός vocabulum in ἐρωδιός mutandum videtur. (cf. Etymol. Magn. ed. Sturz., a quo Ἡρωδιανὸς περὶ παθῶν citatur.)

— et aliorum grammaticorum.

Steph. Byzant. Ἄδανα. Ἡρωδιανὸς ἐν τετάρτῃ τῆς καθόλου τὸ Ἄδανις. Arcad. 32, 21.

Steph. Byz. ἄψωρος .... Ἡρωδιανὸς ὀγδόῃ Arcad. 72, 10 ib. Δώτιον ἀπὸ Δώτου ὡς Ἡρωδιανὸς ἐν ή — Arcad. 78, 15.

Bekk. Schol. Hom. 319, a voce λῖν ... πᾶσα γὰρ αἰτιατικὴ μονοσύλλαβος εἰς ν λήγουσα περισπᾶται ... ταῦτα Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ πεντεκαιδεκάτῳ τῆς καθόλου. Arcad. 130, 16 seq.

Qui autem Arcadii cum Herodiano in singulis vocibus conferendi nullam copiam faciunt Scholiastarum a Kustero loci laudati, ea certe horum est ratio, ut quae in iis indicantur vocum terminationes, in iisdem apud Arcadium, quibus apud Herodianum exstitisse perhibentur, libris inveniantur, id quod ita se habere exempla demonstrant haecce:

Scholiast. ad Apoll. Rhod. II, 791. Βιλλαῖος προπερισπωμένως, οὕτω φησὶν Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ πέμπτῳ τῆς καθόλου. — nihil sane eiusmodi apud Arcadium, at nomina certe in αιος desinentia eodem libro quinto (p. 43) ab Arcadio tractata videmus.

Schol. ad eundem IV, 1309. Ἡρῶσσαι προπερισπωμένως. Ἡρωδιανὸς ἐν δεκάτῳ (ἐν τῷ ια) φησὶν — cf. Arcadium 97, 12 de nominibus in σσα desinentibus libro undecimo verba facientem, quo confirmatur Wellaueri coniectura ἐν τῷ ἑνδεκάτῳ.

Schol. in Aristoph. Pacem 4, 7 (Dindorf. I, p. 656, 4) ὑφ' ἁμαρτωλίας οὕτως ἡ γραφή. Ἡρωδιανὸς ἐν τῇ ιά καὶ Φρύνιχος ἐν τῇ σοφιστικῇ παρασκευῇ cf. Arcad. 100, 4, qui ἁματροχιά certe habet vocabulum.

Scholiast. ad Apoll. Rhod. I, 1047. Ἀρτακέα Ἡρωδιανὸς βα-

ϱυτονεῖ. τὸ ὄνομα ἐν τρίτῃ τῆς καθόλου, Ἀρτάκης γάρ. cf. Arcad. p. 25 nomina in ης eodem libro tertio perlustrantem.

Quibus accedunt loci a Kustero non laudati hi:

Schol. ad Apoll. Rhod. I, 1297. Ὄστλιγγες) λαμπηδόνες ἐν ἄλλοις δὲ σημαίνει ἡ λέξις βόστρυχας ... τοῦτο δὲ Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ δευτέρῳ τῆς καθόλου. Arcad. 18, 15 nomina in ξ desinentia tractat.

Steph. Byz. voc. Ἀβακαῖνον, πόλις Σικελίας ... Ἡρωδιανὸς ἐν τρισκαιδεκάτῳ περὶ οὐδετέρων. Arcad. 116 περὶ οὐδετέρων ὀνομάτων.

Steph. Byz. ἀριάνθη. — Arcad. 102, περὶ τῶν εἰς η θηλυκῶν.

Steph. Byz. τριποδίσκος — λέγεται τριποδίσκη Ἡρωδιανὸς δυοκαιδεκάτῃ. Arcad. ibid.

Steph. Byz. παραισός. Ἡρωδιανὸς ἐν ὀγδόῃ: τὸ μέντοι παραισὸς ὀξύνεται — pertinent haec ad Arcad. 76, 11.

Schol. Bekker. in Hom. p. 374, a lin. 29—33 vox βριήπυος ... ταῦτα Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ θ' τῆς καθόλου Arc. 85, 20.

Schol. Venet. XIII, 212 ... ἰγγυά ἐστιν, ὁ Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ ια' τῆς καθόλου· περὶ τῶν εἰς α θηλυκῶν.

Bekker. Schol. in Hom. 39, a, 37. ὁτεδή — ἐν μὲν τῷ ἐννεακαιδεκάτῳ τῆς καθόλου ὀξυτόνως δεῖν φησιν ἀναγιγνώσκεσθαι. Arcad. 181 περὶ τόνων ἐπιρρημάτων καὶ συνδέσμων.

Quibus exemplis qui plura desideret, critica ei adhibenda erit ars. Sic Steph. Byz. Ἄβαρνος ... Ἡρόδοτος δὲ ἐν τετάρτῃ φησὶν ὅτι Ἀβαρνίς legitur ubi cum Holstenio pro Ἡρόδοτος legendum est Ἡρωδιανός, ut Arcadium hic in partes vocare possimus (p. 32) quarto summarii libro nomina in νις desinentia tractantem. Sic in illa ipsa notatione, quam Goettlingius in accentuum doctrina (p. 159) „πλαταγὴν ὀξυτόνως ὥς φησιν Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ ἕκτῳ τῆς καθόλου“ ad emendandum Arcadii locum (105, 9) affert, quaedam latet corruptela. Verba enim ἐν τῷ ἕκτῳ τῆς καθόλου, si recte se habent, ad Arcadii locum (47, 11) spectent necesse est. — At multo est verisimilius spectare haec verba ad Arcadii καὶ τὸ πατάγη δέ τινες βαρύνουσιν (105, 8. 9.) in quibus nullam equidem esse corruptelam existimo. Extremam enim vocis παταγήν syllabam accentu esse notandam, ex ipsa, quam paulo ante Arcadius legem scripsit (105, 4. 5.), necessario sequitur. Restabat igitur eorum, qui ab Herodiani doctrina discedunt, afferre opinionem. Quae opinio ad παταγήν an πλαταγήν vocabulum sit referenda, difficile est dictu. Pro ἕκτῳ autem δωδεκάτῳ legendum esse facilis est coniectura.

Sed sufficere videntur, quae attuli exempla, ita ut nunc iam ne ulla quidem relinquatur dubitatio de Herodiani καθόλου libri περὶ τόνων fonte. Quae cum ita sint, quae in Herodiani invicem magna prosodia, et quo quaeque libro tractata fuerint ex Arcadii libro colligi poterit, id quod in Ἀβαρνίς voce a Ritschl. factum videmus (in comment. de Oro et Orione), neque non a Bentleio (epistola ad

Millium cf. Fabric. bibl. gr. ed. Harles. VI, 284), qui Hesychii lexicon cum Theodosii, quae in bibliotheca Bodlejana exstat, epitome comparans, cum ipsius Herodiani prosodia Hesychium contulisse putat. Quam autem in singuli cuiusque libri conficiendo breviario Arcadius sibi scripserit legem, in praefatione professus est ipse.

Et primum quidem, quae apud Herodianum nullo fere consilio in unum conflata esse videret, se disiunxisse affirmat (p. 6, 10—12), id quod *κανόνες* prosodici apud Hermannum exstantes 18, praecipue 55 et 90, revera ita se habere comprobant.

Attamen ne omnino non neglectam ab Arcadio hanc disponendi rationem credas, medio fere libro XVII, p. 175, 1. 2. et ibid. 18—25 exstant praecepta, quae in vigesimo erant collocanda. Praetermissas porro quaestiones esse dicit Arcadius (7, 5) de usitatis et non usitatis vocabulis ab Herodiano institutas, deminutam porro exemplorum, quorum in *ἐγκλινομένων* scripto et Aldi Hortis Adonidis longe plura, quam apud Arcadium exstare vidimus, nimiam copiam, (p. 10) eiectas denique omnes, quae accentum omnino non spectarent disputationes (p. 11), quae quales fuerint ex ipsius Herodiani verbis *τὴν δὲ λύσιν τούτων ἐν πέμπτῳ περὶ καθολικῆς ἐποιησάμην* (Guil. Dindorf. Gram. gr. Vol. I. p. 18. voce *ἐρωδιός* — cf. Arcad. 39, 20) intelligi potest. Similes sunt loci apud Dindorf. libro laudato p. 30 *λέγεται καὶ περὶ τούτων μοι πάντων ἐν τοῖς περὶ καθολικῆς προσῳδίας*. p. 20, 33 *πάντων δὲ λύσεις δίδωμι ἐν τῷ περὶ καθολικῆς προσῳδίας*. p. 32, 17—19 *τὸ δὲ αἴτιον εἴρηται ἂν τῷ περὶ καθολικῆς προςῳδίας*. p. 34, 8 *αἴτιον δὲ τὸ πάθος* (cf. Arcad. 6, 15), *ἐν τοῖς περὶ καθολικωτέρας προσῳδίας εἴρηται, ἡ δὲ ἱστορία τῶν ὀνομάτων εἴρηταί μοι ἐν δευτέρῳ περὶ καθολικῆς προσωδίας*, quos omnes locos ex libro *περὶ μονήρους λέξεως* enotavi. Accedit Schol. Venet. locus XXI, 279 *μέμνηται αὐτοῦ ὁ Ἡρωδιανὸς ἐν τῇ ἀρχῇ τῆς ζ, ὅπου διαλαμβάνει περὶ τοῦ διχθὰ δ' ἢ μεθ' ὅμιλον*. Adde, quae eadem de re Ritschl. docet in amplissima de Ore et Orione comment. pag. 70. — Interdum vero Arcadius quoque eiusmodi quaestiones attingit, ut 37, 2. 3. *τὸ δὲ λάος παρὰ Σοφοκλεῖ ἀπὸ γενικῆς εἰς εὐθεῖαν μετεποιήθη*. Neque non memorabilis est locus Arcadii 128, 7. 8. (*ἔτι ἡμάρτηται καὶ ὁ τόνος τῆς γυναικὸς καὶ θυγατρός*), qui *περὶ ἡμαρτημένων λέξεων* exhibet quandam notationem. Etenim iisdem fere verbis praeceptum quoddam Herodianum diversis exstare opusculis vel ea, quae inter Arcadii librum et Herodiani *περὶ μονήρους λέξεως*[32]) intercedit, affinitas coarguit.

Quid quod iisdem subinde Herodianus usus est exemplis quibus Apollonius[33]). Sed ad Arcadium ut revertamur, non tam adstricta

---

32) Cf. quae supra de regulis apud Hermannum prosodicis disputavi not. 10 et 11.

33) Cf. quae nota 14 diximus. — Arcad. 183, 10 *αὖθι ἦχι ἶφι* cum Bekk. anecdot. 645 *ἶφι, ὕψι, αὖθι* — Bekk. anecd. 513, 24—41 cum Arcad. 144, 21 seq.

et concinna summarii est ratio, ut nulla in eo reperias iterationes. Quarum quidem quae est p. 15, 1—6, etsi in Havniensi codice minime obtinet, reliquae tamen neque hunc neque Parisinum utrumque non afficiunt. Sic de quo 39, 20 sermo iam erat, *ἐρωδιός* vocabulum acuto in ultima syllaba notandum esse accentu p. 41, 5 denuo praecipitur, quique p. 101, 10—15 tractatus iam est vocabulorum in *ρα* sive *υρα* desinentium accentus, iterum in quaestionem vocari eum videmus, p. 144, 11—16, quanquam immutatis paululum, id quod minime diffiteor, docendi ratione atque consilio. Sed ne hanc quidem excusationem habet, quae est 184, 10 sententiae 182, 6 expressae repetitio. Memorabilis inprimis illa est repetitio, quae locum habet p. 141, 21—148, 5. — Ibi enim eadem multo tamen uberius explicata invenias, quae 139, 2—141, 19, quarum altera Hort. Adonid. incerti auctoris fragmento respondet sectio, altera Aelii, cui *καὶ ἄλλως Αἰλίου* inscriptio est, disputationem exhibet, quamquam hoc ipsum Aelii fragmentum priori illo iam continetur[34]). Quare ut nunc habetur *περὶ τόνων* liber, diversas, si ita appellare licet, in eo confluxisse recensiones, quas ne Aldi quidem grammaticorum ope divellere possis, statuendum videtur[35]). Quae opinio, si probabilis est, ad enodandas valet difficultates in Arcadio cum Herodiano conferendo obvias. Discrepare enim non semel videntur, quae Arcadius tradit ab iis, quae in Herodiani fragmentis leguntur. Sic *καρκίνος* vox, ut uno hoc utar exemplo, acuto ab Herodiano (*περὶ μονήρους λέξεως* p. 20, 8 seq. apud Dindorf.), circumflexo ab Arcadio (65, 16) accentu in penultima notatur, nisi in Arcadii loco quaedam, quam verba *ἐχρῆν κατὰ τὸ περισπᾶσθαι* indicare videntur, vel lacuna vel corruptela, cui ex Stephano Byzantio Goettlingius adhibet medelam (in accentuum doctrina pag. 202). Saepius vero ut Herodiani quae feruntur fragmenta corruptela quadam laborent usuvenit, quin etiam ipsum Herodianum non ubique sibi constitisse ex Arcadii loco (92, 15) *τὸ δὲ ἰξῦς ποτὲ μὲν ὀξύνει ὁ Ἡρωδιανός, ποτὲ δὲ περισπᾷ* colligi potest. Quo eodem ex loco ea Arcadium in conficiendo summario versatum esse religione colligi poterit, ut eiusmodi discrepantias diligentissime notaret neque tamen suum interponeret iudicium. Quae cum ita sint, Goettlingius Arcadium de suo quaedam addidisse existimans (Miscellan. critic. Vol. I. p. IV. p. 757) nunquam me habebit consentientem. Tantum enim abest, ut index ille *Ἀρκαδίου γραμματική*, quem exhibet codex Parisinus 2603. magnifici et fastidiosi aliquid habeat, ut Herodiano se omnia debere libri *περὶ τόνων* auctor non uno loco nos moneat[36]). Herodiani vero,

34) Cf. quae supra de Hort. Adonid. grammaticis disputavimus.

35) Neque tamen ideo a Theodosio Arcadii opus retractatum dixeram. Casu enim quodam eius nomen in Arcadii locum irrepsisse supra a me est demonstratum.

36) Vide eius praefat. cf. 185, 16 seq. *καὶ ταῦτα μὲν περὶ τόνων διεξοδικῶς μέν, ἀλλ' οὐ τοσοῦτον· οὐ γὰρ ἄλλως κατ' ἐμὲ οἷόν τε ἦν συντεθεῖσθαι τῷ τὸ μῆκος τῆς Ἡρωδιανοῦ πραγματείας ἐκφυγεῖν βουλομένῳ.* 193, 26. *ὡς Ἡρωδιανός*, quem etiam *τεχνικὸν* appellat, ut: 128, 3. *προστίθησι δὲ ὁ τεχνικός.* 129, 5. *λέγει δὲ ὁ τεχνικός.*

quum summi semper facta sit auctoritas, ad Arcadium, quem non invita Minerva in re sua versatum esse intelligimus, haud exigua illius auctoritatis pars redundet necesse est. Quare quotiescunque Herodiano egemus, quoniam quae accentuum doctrinam spectant scripta Herodiana, misere lacerata ad nostram pervenerant aetatem, Arcadius illius loco erit audiendus, cui si tantum viri docti [37]) quantum Herodiano tribuerint auctoritatis, finem me huius scriptionis assecutum esse arbitrabor.

Ratibor. *W. Paetzoldt.*

Noch ein Wort über des Johann Albert Burerius Emendationes Velleianae*).

Ich sagte unlängst in diesen Blättern in Bezug auf den Werth des cod. Amerbach. des Vellejus: „Ich schenke dem flüchtigen Amerbach nur dann Glauben, wenn Burerius auf irgend eine Weise *geirrt* haben kann.“ Ich gestehe, dass ich in dieser Ansicht durch Herrn Joh. Fröhlich, der sich in eben diesen Blättern gegen mich erklärt hat, nicht wankend gemacht bin. Ich stelle die 3 Gewährsmänner für den cod. Murb. allerdings so wie Hr. Fröhlich: 1) Burerius, 2) Rhenanus, 3) Amerbach: aber ich lege dem cod. Amerb. auch den Werth einer alten Handschrift bei, ich verwerfe ihn nicht ganz, ich achte ihn höher, als Hr. Joh. Fröhlich. Ich will es versuchen, meine Meinung bestimmter zu erweisen.

Zuerst bitte ich noch einmal zu beachten, dass der cod. Amerbach. an vielen Stellen *mit* der Ed. princ. des Rhenanus *gegen* Burerius übereinstimmt. Also 3 Männer haben zu verschiedenen Zeiten, Jeder vom Andern unabhängig, den cod. Murb. angesehen; zwei derselben haben minder sorgfältig zugesehen, einer aber — ein durchaus glaubwürdiger Mann — versichert, mit der grössten Genauigkeit zu Werke gegangen zu sein. Was folgt nun daraus? Keineswegs, was Herr Fröhlich behauptet, dass *immer* die Auctorität der Beiden, des Amerbach und Rhenanus, gegen die des Burerius für Nichts zu achten sei; sondern höchstens, dass wir, im Voraus eingenommen und günstig gestimmt für Burerius, es mit

---

37) En Bastii ad Gregor. Corinth. ed. Schaef. p. 580 judicium: „Glossae MSS. Arcadii de quibus Koenius loquitur idem sunt liber, quem bibliothecae Parisinae codex 2102 aliique tenent,......Perexigui est pretii, interdum tamen, perinde ut Epimerismi Pseudo-Herodiani, nonnullius utilitatis.“

*) Bei dieser Gelegenheit theilen wir die der Redaction von dem Hrn. Verf. zu dem Aufsatze: „Ueber den Werth der Amerbachschen Handschrift des Vellejus. NJBB. 6. Supplbd. Heft 1. zugekommenen Verbesserungen mit: S. 5 Z. 16 v. u. statt *Vellejus* lies *Amerbach*. S. 6 Z. 24 v. u. st. ch l. ich. S. 17 Z. 2 v. o. tilge das Wort *im*. S. 17 Z. 11 v. u. tilge das Zeichen —. S. 21 Z. 21 v. o. st. *ihn* l. *diese im folgenden Jahre* 1516. S. 21 Z. 29 v. o. st. *des* l. *der*.

ihm so lange halten, wie es irgend angeht. Denn wenn zwei Abschreiber dasselbe zu lesen glauben, so ist es zwar *möglich*, dass Beide sich auf dieselbe Weise versehen, aber gewiss doch nur dann, wenn das Wahre tief versteckt liegt, und sich nicht auf den ersten Anblick kund giebt. Jedenfalls sind solche Fälle zu berücksichtigen und nicht blindlings für Nichts zu achten. Dass es nun aber Fälle giebt, wo sich Burerius *geirrt*, steht nach meiner Meinung durch folgende Stellen fest.

Zuerst sagt Burerius zu den p. 7 v. 36 in der Ed. princ. sich findenden Worten: quicquid de Carthaginiensibus *dicebatur* — zu diesen Worten, *welche auch der cod. Amerbach. hat* — sagt Burerius in seinen Emendatt. Velleianae: „Exemplar vetustum habet: quicquid de Carthaginiensibus *diceretur*. *ba* ab alio quopiam additum videtur, nam non est chirographum scribae veteris exemplaris.
ba
Nun stand nach meiner Meinung im cod. Murb. geschrieben: dicetur. Denn so ist es leicht begreiflich, wie Beide, Rhenanus und Amerbach, die sich mit der ganz genauen Untersuchung der Murbacher Handschrift im Einzelnsten nicht befassten, sondern nur eben abschrieben, was vorlag, wenn es nur ungefähr Sinn gab, wie Beide, sage ich, dasselbe dicebatur schreiben konnten. Hätte, wie Herr
ba
Fröhlich meint, im cod. Murb. diceretur gestanden, so würden beide ganz ohne Zweifel diceretur gelesen haben. Und überhaupt würde
/ ba
wenigstens dicetur geschrieben worden sein, denn ich brauche es Herrn Fröhlich doch nicht aus diplomatischen Werken nachzuweisen, dass in Handschriften die Sylbe er durch ein über die Sylbe gesetztes Zeichen ausgedrückt zu werden pflegt? Was dann aber Herr Fröhlich weiter vorbringt: „es habe im cod. Murb. ursprünglich adferebatur gestanden, und das sei in dicerebatur corrumpirt:" das klingt in der That wunderbar aus dem Munde eines Mannes, der sich so gewaltig ereifert, wenn ein Andrer einmal im Konjektiren zu kühn ist. Weise uns doch Herr Fröhlich gefälligst etwas näher nach, wie aus adferebatur das monstrum dicerebatur entstanden. Mir scheint es Nichts, als eine Missgeburt des Fröhlich'schen Geistes zu sein. Hr. Fröhlich hat sich einmal in den Kopf gesetzt, den Burerius unbedingt und blind zu vertheidigen, und nun muss, da er fühlt, dass der Indikativ doch nothwendig sei, um des Burerius diceretur zu halten, ein solches Wunderding zu Tage gefördert werden, um das Bentley Herrn Fröhlich ohne Zweifel beneidet hätte. Weil das afferebantur nachfolgt, muss keineswegs auch afferebatur vorangehn. Und — was das Schlimmste ist — im blinden Eifer für Burerius verlässt Herr Fröhlich die Auktorität des Burerius selber. Wie so? fragen Sie vielleicht. Ich will Ihnen das erklären. Sie nehmen an: afferebatur wäre das Ursprüngliche. Darnach ist doch auch die Sylbe ba das Ursprüngliche. Nun sagt ja aber Ihr Schützling Burerius ausdrücklich: das ba sei *von späterer Hand*. Da greifen Sie

denn wohl zu einem sehr künstlichen Mittel, sich und Ihr liebes dicerebatur zu retten. Jeder Andere wird nämlich sagen: der Mann, welcher das vom Schreiber des Murbacher Codex hingesetzte Wort

/ ba

dicetur in dicetur korrigirte, habe deutlich in dem Muttercodex dicebatur stehen sehen und deshalb corrigirt: Sie aber, Herr Fröhlich, dürfen Das nicht zugeben. Sie erweisen ohne Zweifel sonnenklar, wie zuerst aus afferebatur diceretur werden konnte, und wie es dann nachträglich Einem — ich weiss nicht wie und warum? — eingefallen sei, das ba hinzuzufügen. Sie erweisen das ohne Zweifel sonnenklar, obgleich ich freilich nicht einsehen kann, warum ein Abschreiber aus dem bekannten Worte adferebatur sollte diceretur gemacht haben, und obgleich es mir auch sehr gewagt erscheint, den Abschreibern so ohne Weiteres Formen wie dicerebatur aufzubalsen.

Ich glaube also: Burerius, der dicetur mit übergeschriebenem ba vorfand, *meinte* das Zeichen für die Sylbe er neben der Sylbe ba *zu erblicken*: er *irrte* sich darin und brachte so *irrthümlich* das diceretur vor, das nie im Codex gestanden hat. Herr Fröhlich wird bemerken, dass ich ihm darin eine Concession mache. Denn ich hatte früher behauptet, Burer. habe, ohne das Zeichen für die Sylbe er zu sehen, durch Conjectur sein diceretur hergestellt. Es ist mir lieb, dass ich den redlichen Burerius auch von dieser kleinen Unvorsichtigkeit jetzt frei sprechen kann; ich sage den *redlichen* Burer; denn ich protestire hiermit noch einmal aufs Feierlichste gegen die durch und durch frivole Insinuation des Herrn Fröhlich, als habe ich den Burerius jemals einer „*Unwahrheit*" beschuldigt. Das ist mir in der That *nie* eingefallen. Aber Burerius drückt sich oft nicht genau aus. Davon nachher.

Aus dem Vorhergesagten erhellt, denke ich, für jeden Unbefangenen, dass wir dem Amerbach die Bestätigung der wahren Lesart, dicebatur, die auch Herr Kritz unbedenklich in den Text aufgenommen hat, zu danken haben.

Wir kommen zur zweiten Stelle, die wir zunächst berücksichtigen müssen; es ist Vell. II. 9, 3. Hier geben A. und P., Beide eius aetatis. Burerius sagt: „Ex. vet. habet...... *evectis*." In Bezug auf diese Stelle sagt Herr Fröhlich: „Was hierüber Herr Laurent durch und durch Nichtiges vorbringt, um — seine Conjectur iure elati — vermuthen zu können, mögen wir nicht abschreiben, sondern *erklären* nur u. s. w." Also nicht einmal eine Widerlegung verdient meine Ansicht? Herr Fröhlich fertigt mich kurz ab, und ich habe mich wohl noch zu freuen, dass er mir nicht, wie er's zu thun pflegt, fixe Ideen u. dgl. vorwirft? Er begnügt sich, zu sagen, ich habe das Ganze vorgebracht, um meine Conjectur anzubringen. Ich erkläre dagegen (und meinen ausdrücklichen Worten wird Hr. Fröhlich wohl glauben), dass ich erst über eine Emendation der Stelle nachzudenken anfing, als ich mir durchaus nicht anders

zu helfen wusste; ich erkläre ferner, dass ich mit Freuden diese Conjectur aufgebe, wenn mir nur erst nachgewiesen wird, wie Beide, Amerbach und Rhenanus, auf dieselben Worte eius aetatis gekommen sein können. Gäben diese Worte einen Sinn, so liesse ich mir's gefallen, aber sie sind ja *sinnlos.* So können Beide nicht etwa durch Zufall auf dieselbe Conjectur gerathen sein. Und man beachte, dass bei A. das Wort eius übergeschrieben steht, und zwar ohne Zweifel — denn Orelli bemerkt Nichts dabei — von Amerbachs Hand. Daraus erhellt, dass Amerbach die Stelle zweimal angesehen, dass er an dieser Stelle noch einmal die Handschrift selbst verglichen hat, wo er denn auch noch das eius zu finden meinte. Denn korrigirt man eine Stelle, so sieht man sie doch zum zweiten Mal an. Burerius kann hier also — da er Etwas zu finden erklärt, das allerdings (mit leichter Veränderung der Endung is in i) — Sinn giebt, sich geirrt haben. Ich sage, er *kann* sich geirrt haben, und verlange Nichts als eine *vorsichtige* Benutzung des Burerius, nicht eine blinde Annahme alles Dessen, was er vorbringt. Ich weiss nicht, wie Beide unbefangen auf die Sylbe tat (in aetatis) gekommen sein sollten, wenn wirklich da stand: uect (in evectis). Burerius aber konnte sich, da er nach Fehlern und Berichtigungen suchte, durch gehabte Erfolge in dieser Beziehung blenden lassen. So *irrte* er denn.

*) Pronomen indefinitivum et adverbium *ποτέ* Hermannus apud tragicos in prima sententiarum parte invenisse sibi videtur ibique per *ecquis* et *ecquando* interpretatur et accentu gravi scribit. (vid. de emend. rat. gr. Gr. p. 94 sq. ad Soph. Trach. 864. Eur. Bacch. 68. ad Med. p. 378 ed. Elmsl. — Praef. ad Oed. Col. p. XVIII.). Hermanni sententiam impugnat Matth. gr. Gr. p. 912, de uno loco (Soph. Trach. l. l.) ei concedens. Mea quidem sententia *τίς,* ut grammatici praecipiunt, in talibus interrogationibus ubique est acuendum. Ceterum *τίς* aliaque indefinita etiam accentu non deposito scribi constat cf. Apoll. de synt. p. 135. *οὐ τοῦτο δέ φημι, ὅτι τὰ ἀόριστα μόνως ἐγκλιτικά ἐστιν.* — Vide praeterea Bernhardy synt. Gr. p. 442 sq. Quando is usus percrebuerit, certo affirmare nequeo: apud Homerum nec *τινὲς μέν — τινὲς δέ*, nec similia leguntur; apud tragicos *ποτὲ* ita ter legitur Eur. Orest. 44 *ἔμφρων δακρύει· ποτὲ δὲ δεμνίων ἄπο πηδᾷ.* Eur. Phoen. 412 *ποτὲ μὲν ἐπ' ἦμαρ εἶχον, εἶτ' οὐκ κτέ.* Soph. Antig. 367 *ποτὲ μὲν κακόν, ἄλλοτ' ἐπ' κτέ.* in chor. — De *τῷ* indefinito ab Hom. semel in prima versus parte posito infra dictum est.

Pars prima.

Num orthotonesis propter interpunctionem necessaria sit quaeritur.

§. 1. Pronomina orthotonumena post interpunctionem posita.

Interpunctionum rationem, qui tenores recte ponere vellent, debere cognitam habere ac perspectam, iam veteres grammatici monuerunt, inter quos Ioannes Alexandrinus ab hac artis parte commendanda τονικά sua παραγγέλματα fere incipit. At pauca admodum, quibus de ea re doceamur, memoriae sunt prodita eaque maximam partem per scholia dispersa, cum integri libri, ut Nicanoris, in quibus grammatici nobilissimi de distinctionibus disputaverunt, temporum invidia nobis erepti sint. Sed haud ita aegre eam iacturam feramus: cum enim omnibus omnium temporum gentibus cogitandi leges, itaque etiam dicendi in universum eaedem fuerint; fere simili ratione, qua nos, antiquos singula verba dicendo et copulasse et disiunxisse per se efficitur, ita tamen, ut qui verborum positionibus distinctius effictis orationem liberius conderent, etiam sententiarum partes, nostro iudicio seiungendas, non mediocriter eo orationis perspicuitati consulentes, in unum saepe contraherent. Quo loco de variis attractionum, quas hodie dicunt, generibus uno verbo monuisse sufficit. Non recte igitur Buttmannus talibus exemplis, quae encliticam post relativum enunciatum positam exhibent, commotus veteres ante voces relativas ubique ea sententiae pars finiatur, in dicendo paullisper substitisse, negat. At distinxerunt quidem veteres, sicuti nos facimus, sed nonnunquam suum, quod diximus, ius usurpantes singulas enunciati partes ita commiscuerunt, ut distinctio prorsus non admitteretur. Qua de re dicendi paullo infra redibit occasio, ubi encliticas ita poni ostendemus. Veteres igitur in universum eadem fere ratione atque nos in notis ponendis versatos esse, eius rei tria argumenta cogitari possunt: quorum unum legum quadam cogitandi communione continetur: quae res, ut in dubio non posita, explicationis nostrae non indiget: alterum, quod sententiam nostram comprobat, veterum sunt grammaticorum praecepta: tertium consuetudinis scribentium accurata observatio. Et haec quidem postrema ita coniunximus, ut, cum accuratius de antiquorum more distinguendi disserere propositum nobis non esset, in transcursu tantum veterum praecepta breviter attingeremus, ubi vel orthotonesis pronominum ea ratione explicanda, vel tenoris inclinatio excusanda erat. Ac primum quidem, num quando pronomen ob antegressam interpunctionem, cum nulla sit personarum oppositio, tamen accentum non deponat, videamus: tum quid de iis exemplis statuendum sit, in quibus enclitica ita sit posita, ut distinctionem proxime sequi videatur.

Sex locis apud Homerum Apollonius propter positionem accentum pronominis non inclinatum esse docet. Et de primo quidem omnes ei assensuros esse arbitror: est autem λ, 90. ἦλθε δ' ἐπὶ

ψυχὴ Θηβαίου Τειρεσίαο, Χρύσεον σκῆπτρον ἔχων, ἐμὲ δ' ἔγνω καὶ προσέειπεν (cf. Apoll. de pron. 49, B. 54, A. de synt. p. 129 et p. 146). Ubi si verba transposueris, encliticam pronominis formam ponere debebis (ἔγνω δέ με etc.), id quod factum est λ, 471. ἔγνω δὲ ψυχή με — Αἰακίδαο. Idem de orthotonesi pronominis iudicat Δ, 174 (κὰδ δέ κεν εὐχωλὴν Πριάμῳ καὶ Τρωσὶ λίποιμεν) Ἀργείην Ἑλένην· σέο δ' ὄστεα πύσει ἄρουρα: de quo loco de pron. p. 138 ἀναγκαίως (sc. ὀρθοτονεῖται) ἡ μὲν σέο, ὅτι ἐν ἀρχῇ (proprie enim inclinandum fuisse, quod possessionem significet). At eius loci aliam esse rationem, quivis videbit: est enim pronomen ἀντιδιασταλτικῶς positum. — Tertium exemplum, quod Apollonius eadem ratione interpretari videtur, legitur ξ, 272 et ρ, 441 τοὺς δ' ἄγαγον ζωούς, σφίσιν ἐργάζεσθαι ἀνάγκῃ (vid. de synt. p. 146; ubi distinctio nulla posita est, et de pron. p. 54, C.). Cum enim hoc loco contra Aristarchum utatur, ut pronomina tert. pers., quando recto accentu scribantur, non semper compositorum vim habere ostendat *), pronomen propter positionem non inclinari, sicut est, videtur existimare, quamquam de caussa orthotoneseos nil dicit. Simillimum est quod in Aesch. Eum. 278 (ed. Wellauer) legitur: καλῶ Χώρας ἄνασσαν τῆσδ' Ἀθήναιαν, ἐμοὶ Μολεῖν ἀρωγόν. De reliquis tribus exemplis χ, 14 (cf. de pron. p. 54, C.). Ε, 64 (de pron. p. 53, A. de synt. p. 146.). Λ, 695 (de synt. p. 146), in quibus pronomina in principio versus posita sunt, infra (P. II. Cap. I. §. 3.) dicemus. His locis, quos Apollonius recensuit, eos addamus, in quos ipsi incidimus, generatim dispositos. Et apodosin quidem pron. orthot. incipit Α, 564. εἰ δ' οὕτω τοῦτ' ἐστίν, ἐ μ ο ὶ μέλλει φίλον εἶναι. Τ, 264 εἰ δέ τι τῶνδ' ἐπίορκον, ἐμοὶ θεοὶ ἄλγεα δοῖεν: quorum ob similitudinem etiam Eur. Hippol. 1168 (numeri sunt edit. Musgr.) εἴπερ ἴστ', ἐμοὶ σημήνατ' cum Monkio legendum esse arbitror, non ut Matth. ἴστε, μοι σημ. — ν, 143 ἀνδρῶν δ' εἴπερ τίς σε βίῃ καὶ κάρτεϊ εἴκων Οὔτι τίει, σοὶ δ'

*) De ea re cf. Lehrs quaestt. ep. p. 115—120. — Graecos autem, ubi pronomina ad subiectum primariae sententiae referantur, pronominibus simplicibus uti, praeter haec grammaticorum testimonia multa ostendunt exempla. ε, 419. δείδω, μή μ' ἐξαῦτις φέρῃ. 423. οἶδα γάρ, ὥς μ ο ι ὀδώδυσται. δ, 388. τόνγ' εἴ πως σ ὺ δύναιο — λελαβέσθαι, Ὅς κέν τ ο ι εἴπῃσιν. 162. ἐέλδετο γάρ σε ἰδέσθαι, Ὄ φ ρ α ο ἱ — ὑποθήσεαι. ι, 234. (φέρε δ' ὄβριμον ἄχθος) ἵνα ο ἱ ποτιδόρπιον εἴη. Apud prosaicos pronom. pr. et sec. ps. ita posita accentum inclinant: Isocr. Antid. p. 417, 323 ὡς — ἐμοῦ νομίζοντος — τοῦθ' ἕξειν μ ο ι καλῶς Aesch. ct. Timarch. p. 251, 3 περὶ μὲν οὖν τούτων μετρίως ἐλπίζω μ ο ι προειρῆσθαι. In tert. pers. usus variat, cum modo αὐτῶν, modo αὑτῶν ponantur Lycurg. ct. Leocr. p. 239, 143 ὑμᾶς ἀξιώσει ἀκούειν α ὐ τ ο ῦ ἀπολογουμένου. Antiph. tetral. Β, γ. p. 30, 3. οὗτος μὲν οὐχ ὁσίως δεῖται ὑμῶν συχνῶς τὴν ἀπολογίαν δ έ χ ε σ θ α ι α ὐ τ ο ῦ. At haec in transcursu absolvi nequeunt. Apollonius, ubi pronomen, quod a participio pendet, ad subiectum verbi primarii refertur, reflexivum necessarium esse censet. cf. de pron. p. 53, A. de synt. p. 143 sq.

ἐστὶ καὶ ἐξοπίσω τίσις αἰεί: (δέ enim in apodosi positum). Eandem ob caussam ἐμοί, cum coniunctionem γάρ antecedat, positum est: Eur. Hippol. 1046 οὐκ οἶδ'· ἐμοὶ γάρ οὐ θέμις λέγειν πέρα. 1455. καὶ χαῖρ'· ἐμοὶ γάρ οὐ θέμις φθιτοὺς ὁρᾶν. Propter sensum orthotonesis necessaria est: Soph. Oed. R. 658. εὖ νῦν ἐπίστω, ταῦθ' ὅταν ζητῇς, ἐμοὶ Ζητῶν ὄλεθρον. Ante accusativum cum infinitivo etsi Graecos non semper distinctionem posuisse infra videbimus, tamen eam ob caussam pronomen ὀρθοτόνως scribitur φ. 310. τῶν δ' ἄλλων οὔ τευ ἄκουσα Εὐξαμένου, ἐμὲ αὖτις ὑπότροπον οἴκαδ' ἱκέσθαι. Porro sententias interpositas commatis includi constat: idem de genitivis, quos vocant absolutos, valere arbitror, praesertim quum nusquam, quod sciam, enclitica genitivi forma talia enunciata incipiat. Orthotonumena pronomina ita leguntur A. 88 οὔτις, ἐμεῦ ζῶντος καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο, Σοὶ κοίλης παρὰ νηυσὶ βαρείας χεῖρας ἐποίσει. Τ, 271, οὐ δέ κε κούρην Ἦγεν, ἐμεῦ ἀέκοντος ἀμήχανος. ε, 286. ἢ μάλα δὴ μετεβούλευσαν θεοὶ ἄλλως Ἀμφ' Ὀδυσῆϊ, ἐμεῖο μετ' Αἰθιόπεσσιν ἐόντος. σ, 268. ὡς νῦν, ἢ ἔτι μᾶλλον, ἐμεῦ ἀπόσφιν ἐόντος. Soph. Electr. 100, κοὐδεὶς τούτων οἶκτος ἀπ' ἄλλης Ἤ' μοῦ φέρεται, σοῦ, πάτερ, οὕτως Αἰκῶς — θανόντος. *Philoct.* 1032 πῶς θεοῖς εὔξεσθ', ἐμοῦ Πλεύσαντος, αἴθειν ἱερά; At in his versibus maior etiam vis in pronominibus inest: positione tantum ὀρθοτονεῖσθαι videntur Τ, 62 τῷ κ' οὐ τόσσοι Ἀχαιοὶ ὀδὰξ ἕλον ἄσπετον οὖδας Δυσμενέων ὑπὸ χερσίν, ἐμεῦ ἀπομηνίσαντος. Ι, 427 ἣν νῦν ἐφράσσαντο, ἐμεῦ ἀπομηνίσαντος. Soph. *Trach.* 1222 ταύτην, ἐμοῦ θανόντος, εἴπερ εὐσεβεῖν βούλει — προςθοῦ δάμαρτα. In his, quae attulimus, exemplis propter exiguum sententiae ambitum pronomen vix alio loco collocari potuit: orthotonesis vero propter interpunctionem antecedentem necessaria. — Etiam alia *participia* distinctionem postulare Schol. in Bekk. Anecd. p. 760 docet: quod tamen semper factum esse non crediderim. Qui enim fieri potest, ut participia, ubi ab adiectivis fere nihil differant, a substantivis suis dirimantur? Recte autem distinguitur, quando participia cum aliis vocabulis coniuncta plenam efficiunt sententiam: et tum quidem pronomen, si vel enunciatum, in quo participium legitur, incipit, vel, cum sententiae primariae est, eo loco ponitur, ubi oratio interrupta continuatur, tenore non inclinato scribitur. Quod factum est, Ρ, 338 ἀλλ' ἔτι γάρ τίς φησι θεῶν, ἐμοὶ ἄγχι παραστάς. ι, 545 ἀμφὶ δ' ἑταῖροι Εἵατ' ὀδυρόμενοι, ἡμέας ποτιδέγμενοι αἰεί, et ὑμέας loco fere simili ω, 396. — Α, 66. αἴ κέν πως ἀρνῶν κνίσσης — Βούλεται ἀντιάσας, ἡμῖν ἀπὸ λοιγὸν ἀμῦναι: quamquam is locus paullo diversus est *). His addam, quae apud tragicos inveniuntur, quamquam ibi etiam propter significationem or-

*) Σ, 337. Τρώων ἀγλαὰ τέκνα, σέθεν κταμένοιο χολωθείς, et alia exempla, in quibus ἐμέθεν, σέθεν ita posita sunt, ut Ψ, 23. Ν, 490, δ, 592 consulto praetermisimus: ea enim pronomina, quae deposito accentu

thotonesis videtur necessaria esse: Eur. Hec. 1242 οὐ γάρ με χαίρειν χρή, σὲ τιμωρουμένην; Troad. 753 οὐκ εἶσιν Ἕκτωρ κλεινὸν ἁρπάσας δόρυ Γῆς ἐξανελθών, σοὶ φέρων σωτηρίαν. *Soph. Ac.* 510. οἴκτειρε δ', ὦ ἄναξ, παῖδα τὸν σόν, εἰ, νέας τροφῆς στερηθείς, σοῦ διοίσεται μόνος: ubi Herm. et Schaef. modo inter participium et pronomen posuerunt distinctionem, quae utroque loco vel ponenda fuit, vel omittenda: orthotonesis propter sensum necessaria. Eur. Hippol. autem 1090 τόδ' ἔργον οὐ λέγον σε μηνύει κακόν Matth. recte, interpunctione non posita, pronomen inclinavit: id quod etiam versus conformatione, qui commatis distinctus in partes divideretur nimis aequales, comprobatur. Nulla vis est in pronomine Aesch. Choeph. 241. πιστὸς δ' ἀδελφὸς ἦσθ', ἐμοὶ σέβας φέρων. Pauca iam restant exempla, in quibus pronomen orthotonum, verbis aliquot in media sententia interpositis, ea in parte collocatum est, ubi oratio continuatur. Et in Sophoclis quidem Electra 525. πατὴρ γάρ, οὐδὲν ἄλλο, σοὶ πρόσχημ' ἀεί. non sine vi pronomen ὀρθοτονεῖσθαι videtur: id quod vix dici potest de Aesch. Agam. 929 ἄνθος, στρατοῦ δώρημ', ἐμοὶ ξυνέσπετο. Choeph. 515 θέλοντι δ', εἴπερ οἶσθ', ἐμοὶ φράσον., ad q. l. Well. οἶσθά, μοι Rob., quod recepit Schuetz, sed μοί male se habet. Eur. Elect. 310. ἀναίνομαι δὲ κάστορ', ὦ, πρὶν εἰς θεοὺς Ἐλθεῖν, ἔμ' ἐμνήστευον. Eur. Heracl. 132 σὸν δὴ τὸ φράζειν ἐστί, μὴ μέλλειν τ', ἐμοί, Ποίας ἀφῖξαι κτέ. et Phoen. 382 ἀλλ', ἐκ γὰρ ἄλγους ἄλγος αὖ, σὲ δέρκομαι Κάρα ξυρηκὲς — ἔχουσαν. Neque enim Aug. Matthiae sententiae calculum adiicere queo, qui „Minus recte, inquit, ἐκ — αὖ parentheseos signis inclusi. — Hoc unum recte feci, quod σέ non cum Porsono accentu notavi: quod ne opus quidem esset, si ea, quae praecedunt, in parenthesi essent posita. Vid. ad Hec. 62." At hoc loco, ad quem editor ille in ea caussa lectores semper relegat, exempla prorsus diversa exhibentur: post parenthesin vero, quoniam ibi per aliquod tempus in dicendo subsistimus, enclitica poni non potest. — Postquam ita pronomina *absoluta*, quando post interpunctionem posita essent, accentum non inclinare vidimus, iam ad alteram disputationis partem transitus videtur patere: quo loco id exemplorum genus recensere constituimus, in quibus pronomina enclitica ita sunt posita, ut distinctionem proxime sequi videantur.

§. 2. De pronominibus encliticis eo loco positis, ubi vulgo distingui solet.

Omnibus locis, ubi pronomina enclitica sententiam interpunctione ab antecedentibus seiunctam inchoant, — extare autem eius-

---

nunquam dicta sunt, saepe poni solent, ubi significatio orthotonesin non postulat. Sic ἐμέθεν, σέθεν saepenumero possessionem significat, quamquam tum ex praeceptis Apollonii enclitica usurpari debent. — cf. de orthot. formis Apoll. de pron. p. 138.

modi exempla mox videbimus — aut pronomen recto accentu scribendum, aut distinctionem tollendam, id vero sive versus necessitate, sive licentia quadam, quae poetis conceditur, excusandum esse, persuasum habeo. Hos enim saepe interpunctionis non ita rationem habuisse, quam numerorum, pro certo affirmare posse videor: quae sententia iam eo comprobatur, quod et in verbis collocandis paullo liberiores sunt atque audaciores, ita ut singulas sententiarum partes permisceant, et nonnunquam eius vocabuli, quod ab antecedentibus distinctione vel maxima discernitur, vocalem primam elidunt. Prioris generis haec sunto exempla, quae etiam distinctiones vulgo necessarias a poetis neglectas esse ostendent: Hom. N. 8. *οὐ γάρ ὅγ' ἀθανάτων τίν' ἐέλπετο ὃν κατὰ θυμὸν Ἐλθόντ' ἢ Τρώεσσιν ἀρηξέμεν ἢ Δαναοῖσιν.* *Π*, 234. *ἀμφὶ δὲ Σελλοὶ Σοὶ ναίουσ' ὑποφῆται.* Soph. Antig. 746. *ταύτην πότ' οὐκ ἔσθ' ὡς ἔτι ζῶσαν γαμεῖς.* Elect. 217. *λόγος τις αὐτήν ἐστιν εἰςιδεῖν πατρός κτἑ.* Eur. Phoen. 898. *σύ τ' ὦ τάλαινα συγκατασκάπτει πόλις* (sic recte Porson). Hippol. 339 *ὦ τλῆμον οἷον μῆτερ ἠράσθης ἔρον.* Ion. 1321. *τὴν σὴν ὅπου σοι μητέρ' ἐστὶ νουθέτει.* Hec. 204. *σκύμνον γάρ μ' ὥστ' οὐρειθρέπταν.* His in versibus singula vocabula distinctionibus dirimi non posse, ordo verborum optime docet. Ceterum rem satis dignam esse arbitror, quae non in transcursu, sed diligentius illustretur. Nonnullis locis animi perturbationem perturbato verborum ordine poetas depinxisse crediderim, ut in versu, quem ex Eur. Hippolyto protulimus, et Virg. Aen. II, 42. Et procul, o miseri, quae tanta insania, cives? De altero, quod diximus, genere Matthiaeum optime disserere video gr. gr. T. I, p. 114: exemplis ab eo datis unum e Rheso fabula adiungam v. 157. *ἥξω· 'πὶ τούτοις τόνδ' ὑφίσταμαι πόνον.* — Eodem igitur modo, quo illis locis a distinctionum ratione poetas ea, qua utuntur, libertate discessisse vidimus, etiam encliticas, ubi, si vulgarem consuetudinem respicis, incidendum erat, omissa interpunctione posuisse arbitror. Et haec quidem excusatio, quae ex scribendi genere petita est, probabilior videtur esse, quam Matthiaei sententia, qui l. l. p. 130 sq.: Graecos antiquos, cum interpunctionem *notas* ignorarent, verba etiam contra distinguendi rationem et consuetudinem disposuisse dicit. (*Die alten Griechen hatten keine Interpunktion — daher durften sich auch die Alten Stellungen der Wörter erlauben* etc. — *daher steht auch oft eine Enklitika*, etc.) cf. eund. ad Eur. Iph. Aul. 1414, ubi cum veteres, inquit, interpunctionum notis *non uterentur*, scribebant *παῦσαί με μὴ κάκιζε!* Mira profecto sententia, quasi, signis interpunctionum non positis, res, quae iis significatur, tolli possit!

Post vocativum distinguendum esse, veteres Grammatici consensu docent: qui cum legitimum modo verborum ordinem respiciant, eum post casum, utpote commatis inclusum, encliticas collocari vetant, nisi dativus *μοί διά φιλοφρόνησιν* (quod nunc dicunt ethice) ei additus sit (Apoll. de pron. p. 67, C. *ἡ κλητικὴ αὐ-*

τοτελὴς οὖσα στιγμὴν ἀπαιτεῖ· διὸ οὐδέποτε αἱ ἐγκλινόμεναι μετὰ κλητικῆς τίθενται, ὅτι μὴ μόνον ἡ μοί κατὰ πρῶτον πρόσωπον διὰ φιλοφρόνησιν Πάτροκλέ μοι δειλῇ. — Char. p. 1155. ἀλλ' ἐν τῇ ἰδίᾳ ἀρχῇ ἔχουσιν ἐγκλιτικὴν, (sc. ἧμιν ὗμιν) καὶ δέχεται ἢ ὑποστιγμὴν ἢ στιγμήν, εἰ μήπου φιλοφρονητικὴ εἴη ἡ φράσις Πάτροκλέ μοι. (Verba sunt corrupta: ante καὶ δέχεται excidisse quaedam videntur.) cf. Schol. in Bekk. Anecd. p. 761 *). Nihilo tamen minus recentiores, inprimis qui Euripidis fabulas ediderunt, ante dativos ethicos, qui cum vocativis arctissime cohaerent neque alio referri possunt, distinxerunt. At de hac re paullo infra, quum ea exempla recensuerimus, in quibus alia enclitica post vocativos posita sunt. Plerumque in nostris editionibus ante encliticam interpungitur: sed tollendas esse distinctiones, enclitica ipsa ita collocata, nonnunquam etiam verba liberius disposita ostendunt. Reliqua exempla si accuratius adspexeris, versum *post vocem encliticam incidi* animadvertes: unde voces eas magis vocativo iisque quae antecedunt, quam sequentibus adnecti apparet. Et hanc quidem neglectae interpunctionis excusationem iam supra attigimus. Rara esse eiusmodi exempla, non mirum est; frequentissime apud Euripidem leguntur; nullum apud Aeschylum invenitur; unum apud Homerum, de quo infra dicemus. Nec multo plura exempla Sophocles praebet, apud quem Antig. 544. μή τοι κασιγνήτη μ' ἀτιμάσῃς τὸ μὴ οὐ (sic recte Hermannus scribit) et Oed. C. 1272 φώνησον ὦ πάτερ τι, μή μ' ἀποστραφῇς **): ubi natura numerorum encliticam cum priore versus parte artissime coniunctam esse aperte ostendet. Reisigius, sicuti nos, scribit: Herm. et Schaeferus, quamquam is ad Eur. Orest. 123 et ad Greg. Cor. l. l. hunc commatis usum recte vituperat, disiunctione posita accentum inclinant. Eadem est ratio fere omnium versuum, in quibus enclitica apud Euripidem ita collocata est. Bacch. 1120 οἴκτειρε δ' ὦ μῆτέρ με, μηδὲ ταῖς ἐμαῖς —

*) Nostri grammatici iis exemplis, de quibus in hac paragrapho agimus, commoti veteres post vocandi casum distinxisse negant (cf. Wolf praef. Ed. ad Hom. ed. 1804. p. 81 et 82; Buttmann gr. gr. T. I, p. 71). Minus recte, arbitror. *Orthotonumena pronomina* post vocativum his locis posita sunt: Eur. Hippol. 433. δέσποιν', ἐμοί τοι συμφορὰ μὲν ἀρτίως Η σὴ παρέσχε δεινὸν — φόβον. Hom. Σ, 333. νῦν δ' ἐπεὶ οὖν, Πάτροκλε, σεῦ ὕστερος εἶμ' ὑπὸ γαῖαν (ubi pron. etiam propter comparationem accentum non inclinat). σοί ita legitur Eur. Med. 326. Iph. Taur. 326. σέ Heraclid. 976. Aesch. Agam. 879. vulgo non recte scribitur: a Schuetzio νῦν δ', ἐμοὶ φίλον κάρα, Ἔκβαιν' ἀπήνης; a Blomfield νῦν δ' ἐμοί, φίλ. κάρ: inclinandus est accentus νῦν δέ μοι, φίλ. κ., Ἔκβαιν' κτἑ. Wellauer. vitiose scribit: νῦν (νων errore typographi exaratum est) δ' ἐμοὶ φίλον κάρα, Ἔκβαιν' ἀπήνης τῆςδε. — Hom. hymn. V. in Dionys. v. 5. ἄλλοι δ' ἐν Θήβῃσιν, ἄναξ, σὲ λέγουσι γενέσθαι.

**) cf. Schaef. ad Greg. Cor. p. 221: qui de Liban. Or. XVI, p. 446. ἐν τῷ θεάτρῳ ποτὲ συμβὰν, οἶμαί, τι τὸν δῆμον κτἑ. Mira haec aut interpunctio, aut accentus positio. Scribe, aut συμβὰν οἶμαί τι aut συμβὰν, οἶμαι, τί. — Et sic fortasse etiam alii apud Sophoclem scribent, qui τί maiore vi dictum esse putant. cf. Bernhardy Synt. Gr. p. 441 sq.

Elmsl. et Herm. recte scribunt, Matth. suo more post μῆτερ distinguit, idque omnibus locis facit. ibd. 1381. ἄγετ' ὦ πομποί μέ, κασιγνήτας ἵνα. — Hec. 432. κόμιζ' Ὀδυσσεῦ μ', ἀμφιθεὶς κάρα πέπλοις (Pors. κομ., Ὀδυσσεῦ, μ'—). Hippol. 1463. λαβοῦ πάτερ μου καὶ κατόρθωσον δέμας. Andr. 854. (chor.) ἔλιπες, ἔλιπες ὦ πάτερ μ' ἐπακτίαν, ubi alii pronomen omittunt. Troad. 288. γοᾶσθ' ὦ Τρωάδες μ ε. Heraclid. 79. ὅδ' ὦ ξ έ ν ο ι μ ε, σοὺς ἀτιμάζων θεούς, Ἕλκει — 434. τί δῆτ' ἔτερψας ὦ τ ά λ α ι ν ά μ ε Ἐλπίς. — Etiam h. l. quamquam τάλαινα ad substantivum ἐλπίς est referendum et verborum collocatio distinctiones tollendas esse ostendit, tamen Matth. post τάλαινα interpunctionem posuit. De Ionis versu 904, cum versus corruptus sit neque e comparatione versus antistrophici quidquam lucremur, nihil certi constituere licuit: λευκοῖς δ'. ἐμφύσας καρποῖς Χειρῶν εἰς ἄντρον κοίτας Κραυγὰν ὦ ματέρ μ' αὐδῶσαν Θεὸς ὁμευνέτας Ἄγες. Huc non retulerim Iph. Aul. 618, cum Matth. tantum e coniectura Porsoni et Marklandi ὑμεῖς δὲ νεάνιδες νιν ἀγκαλαῖς ἔπι Δέξασθε receperit: Lobeckius (ad Aiac. 323 p. 270 ed. pr.) legit νεανίαις νιν ἀγκαλ.— Quod vero in Soph. Trach. 68. Cod. Paris. praebet καὶ ποῦ κλύεις τέκνον νιν ἱδρῦσθαι χθονός, sane ferri potest: vulgo legitur καὶ ποῦ κλύεις νιν, τέκνον. — In cantico, ubi usus fuit liberior, νιν vocativo additum est Eur. Troad. 332. ἄγε σὺ Φοῖβέ νιν. — Cum his locis encliticae formae distinctionem omissam esse ostendant, id vero numerorum natura excusari posse videatur, iam, ubi formae secundae pers. ita leguntur, utrum pronomen absolutum ὀρθοτονεῖν debeamus, an omissa distinctione inclinare, simili ratione diiudicandum esse arbitror. Sic Hel. 1185. ἔθαψα Πρωτεῦ σ' ἕνεκ' ἐμῆς προσρήσεως et Peliad. fr. VI. p. 254 ed. Matth. Αἰνῶ· διδάξαι δ' ὦ τέκνον σε βούλομαι sine interpunctione scribendum est: Iph. A. 1424. autem ἀλλ', ὦ τέκνον, σ ο ὶ πείσομαι· λέγεις γὰρ εὖ. pronomen propter maiorem vim, quae ei inest, tenorem non inclinat. In canticis pron. sec. pers. vocativo proximum est Rhes. 898. ἰαλέμῳ αὐθιγενεῖ τέκνον σ' ὀλοφύρομαι. et Troad. 323. ἀναφλέγω πυρὸς φῶς Ἐς αὐγάν, ἐς αἴγλαν, Ὕμην, ὦ Ὑμέναιε, σοί: quorum altero pronomen, interpunctione sublata, inclinandum, altero, cum vehementiore animi motu vocativi et pronomen pronunciari videantur, accentu notandum esse existimo. Iph. T. 337. εὔχου δὲ τοιάδ', ὦ νεᾶνι, σοὶ ξένων σφάγια παρεῖναι. de accentu et distinctione dubitari licet. Restat, ut de casibus obliquis *pronominis* α ὐ τ ό ς dicamus: qui cum pronominibus encliticis simillimi sint, nisi metri excusationem habent, post vocativum poni non possunt. Ita legitur Eur. Heracl. 308. δότ' ὦ τ έ κ ν' α ὐ τ ο ῖ ς χεῖρα δεξιάν, δότε — ubi post τέκνα incidendum non esse ex iis, quae disputavimus, apparet.

Prorsus diversa sunt ea exempla, *in quibus dativus ethicus vocativo* appositus est. Quum enim enclitica ad alia verba referri non possit et artissime cum vocativo coniuncta sit, vel minima

distinctio absurda foret. Recte igitur veteres grammatici (vid. sup. p. 199 sq.) pronomina ita collocata inclinari posse dixerunt. Recentiores vero, quamquam veteres viam monstraverunt et versus caesura, quae ubique post encliticam incidit, eodem ducit, hunc usum fere prorsus neglexerunt et distinctione, quae post encliticam ponenda erat, ante pronomen facta, quae inter se cohaerent vitiose diremerunt. Apud Homerum unum eiusmodi exemplum legitur; *T*, 287, quod supra, ubi veteres testes produximus allatum est. *Πάτροκλέ μοι δειλῇ πλεῖστον κεχαρισμένε θυμῷ* *). Permulta eius generis exempla apud Euripidem leguntur; Aeschylus et Sophocles nusquam dativum *μοί* vocativo addiderunt: nisi huc referendum est Oed. C. 1415, ubi Herm. legit *ὦ φιλτάτη μοι ποῖον Ἀντιγόνη; λέγε.* Haec sunt exempla Euripidea: Iph. A. 616. *σὺ δ', ὦ τέκνον μοι, λεῖπε πωλικοὺς ὄχους:* ut nos, Barnes., Markl., Musgr. scribunt; Matthiae, *μοί* cum verbo *λεῖπε* coniungendum esse ratus, Cantero assentitur, qui, *σὺ δ', ὦ τέκνον, μοι* scribit. Orest. 124. *ἴθ', ὦ τέκνον μοι, σπεῦδε καὶ χοὰς τάφῳ κτἑ.*, ad quem locum Schaef. Vellem, inquit, talibus in locis, ubi enclisis usum commatum apertissime damnat, ad sanam veterum rationem reverteremur. Euripides scripsit *ἴθ' ὦ τέκνον μοι σπεῦδε.* Unde etiam hunc virum doctissimum verum non vidisse apparet: incluserunt quidem veteres vocativum commatis, sed ita, ut etiam dativus *μοί*, cum non ad verbum referretur, iisdem finibus contineretur. Alcest. 320. *σὺ δ', ὦ τέκνον μοι, πῶς κορευθήσῃ καλῶς;* Matth. ad h. l. „*πῶς μοι* coni. Monk. Vix opus vid. ad Hec. 62." At prorsus reiicienda fuit illa emendatio: qua recepta vide quam inelegantes fiant numeri. Andr. 748. *ἡγοῦ, τέκνον μοι, δεῦρ' ὑπ' ἀγκάλαις σταθείς.* Iph. T. 929. *Χαῖρ' ὦ πόσις μοι τῆς ἐμῆς ὁμοσπόρου:* quo loco si quem dativus *μοι* propter genitivum, qui additus est, offendit, *μοι* cum *χαῖρε* coniungat, ut exemplum priori, de quo diximus, generi adnumeretur: de *χαῖρέ μοι* cf. Matth. ad Hec. 426. — Herc. fur. 627, *σύ τ' ὦ γύναι μοι, σύλλογον ψυχῆς λάβε.* Eur. Erecht. V. fr. XX, 32. p. 174. *ἀλλ', ὦ τέκνον μοι, δὸς χέρ', ὡς θίγῃ πατήρ.* Matth. parum recte scribit *ἀλλ', ὦ τέκνον μοι δὸς χέρ', ὡς.* — Si quis de dativo pr. pers. *διὰ φιλοφρόνησιν* vocativis addito dubitare adhuc non desierit, haec conferat exempla, in quibus aut nullum aut tale verbum additum est, quocum dativus coniungi nequeat, vel verborum collocatio dativum ad vocativum pertinere aperte ostendit: Hecub. 409. *ἀλλ', ὦ φίλη μοι μῆτερ, ἡδίστην χέρα.* Troad. 589. *μόλοις, ὦ πόσις μοι.* — 1089. *ὦ φίλος, ὦ πόσι μοι, Σὺ μέν κτἑ.* Ion. 1339. *Χαῖρ', ὦ φίλη μοι μῆτερ, οὐ τεκοῦσά περ.*

---

*) Iniuria igitur Vossius ad hymn. in Cer. 433 p. 126. hunc versum tentavit, qui pronomine enclitico offensus *Πάτροκλ', ἅ δειλῇ* legi iubet. Sed an minus recte Apollonius locum interpretatus sit, dubitari licet: enclitica etiam alio modo excusari potest.

1414. σέ γ', ὦ τέκνον μοι, βρέφος ἔτ' ὄντα νήπιον. 1453. ὦ φιλτάτη μοι μῆτερ. 1459. ἀλλ' ὦ φίλη μοι μῆτερ. Elect. 1317. ὦ σύγγονέ μοι, χρονίαν σ' ἐς ἰδών. Iph. T. 876. δεῖν' ἔτλαν, ὦ μοι σύγγονε. Postquam ita in extremo exemplorum agmine, ut bonus imperator, firmissimum posuimus, iam libera est via ad reliquam quaestionis partem, in qua de encliticis post alias voces, quae proprie positura disiungendae erant, collocatis dicere constituimus. *Relativas* propositiones a veteribus, sicut a nobis, commatis inclusas esse, multis testimoniis comprobatur: vid. Herod. p. 1144. διὰ τοῦτο καὶ (sc. ὑποτακτικά) ἰδίῳ ῥήματι κατακλείεται, πρὸ αὐτοῦ τε πίπτουσιν αἱ στιγμαί. cf. Schol. in Bekk. Anecd. p. 759. 760. 764. — Sed quum omnino Graeci verba multo liberius disponerent, singulas etiam relativae et primariae propositionis partes ita collocarunt, ut distinctiones poni non possent. Idque ubi sententiae primariae subiectum relativo demum enunciato continetur et quando ob attractionem aliquam singula membra artius coniunguntur, factum esse arbitror. (cf. Matth. gr. Gr. T. I. p. 134 n. s. Schaef. ad Eur. Orest. 124. Hom. *E*, 65. Τυδεΐδην δ' οὐκ ἂν γνοίης ποτέροισι μετείη). Hac igitur ratione Hom. *Φ*, 347. χαίρει δέ μιν ὅστις ἐθείρῃ encliticum μιν, quamquam ab ἐθείρῃ pendet, ante relativum collocari potuit: nec debuit Vossius (ad hymn. in Cer. p. 126), ut numeris succurreret, γέ μέν pro δέ μιν scribere. Laederentur quidem numeri, si interpunctio, quam Vossius ponit, re vera ante μίν esset usurpata. Praeter hunc locum duo in fabulis Sophoclis, non expertes tamen eos excusationis, indagavi, in quibus post enunciatum relativum vocula enclitica legitur. Nam altero Antig. 1161, Κρέων γὰρ ἦν ζηλωτός, ὡς ἐμοί, ποτέ (ita enim Hermannus et Schaeferus scribunt) equidem ὡς ἐμοί a ζηλωτὸς ἦν pendere nec, quod vulgo interpretibus placuit, verbum δοκεῖ omissum esse arbitror. (cf. Ellendt Lex. Soph. T. II, p. 999: cui tamen, quod breviatum sententiae genus dixit, non assentior.) Sic etiam sine particula ὡς dativus, ut relationem indicet, a similibus adiectivis suspensus esse potest. (vid. Matth. gr. Gr. T. II, p. 710 sq.) Altero loco Trach. 1135. οἴ μοι· πρὶν ὡς χρῆν σφ' ἐξ ἐμῆς θανεῖν χερός. numeri essent ingratissimi, si post οἴ μοι et πρίν et ante σφέ vocem inhiberes: sine ulla igitur distinctione usque ad finem videtur decurrendum esse, praesertim quum ὡς χρῆν adverbii vicibus fungatur. Alia est ratio Soph. Ai. 625. λευκᾷ δὲ γήρᾳ μάτερ νιν ὅταν νοσοῦντα φρενομόρως ἀκούσῃ — et Oed. C. 283. sq. ὅταν δ' ὁ κύριος παρῇ τις, ὑμῶν ὅστις ἐστὶν ἡγεμών, ubi Reisigius pronomen apte collocatum esse negat, Herm. excusat. Eur. Med. 697. Ἴτω νυν, εἴπερ, ὡς λέγεις, ἐστὶν κακός. scribendum videtur ἔστιν: Pflugk. distinctionibus, quae verba ὡς λέγεις includunt, omissis ἐστίν scribit.

Participia non semper commatis includi, iam supra ostendimus, idque multis exemplis comprobatur, in quibus pronomina enclitica vel initio sententiae, quae participium continet, posita sunt

vel eam sequuntur. Et maxime quidem notabile est exemplum, quod Hom. *Ω*, 312 legitur ὄφρα μιν αὐτὸς ἐν ὀφθαλμοῖσι νοήσας, τῷ πίσυνος ἐπὶ νῆας ἴω (cf. Wolf. l. l. p. 82) maxime offendit, quod altera sententiae pars a pronom. demonstrativo incipit. — *Π*, 40. ὥς ἄρα φωνήσας οἱ ἐδέξατο χάλκεον ἔγχος. Eur. Bacch. 616. ταῦτα καὶ καθύβρισ' αὐτόν, ὅτι με δεσμεύειν δοκῶν Οὔτ' ἔθιγεν. (Matth. ὅτι, με δεσμεύειν δοκῶν, οὔτ'). — Herm. et Elmsl. enclitica offensi priorem distinctionem, servata altera, omiserunt, quam utroque loco eiiciendam esse apparet. Herc. fur. 1252. σὺ δ' ἐκτὸς ὢν γε συμφορᾶς με νουθετεῖς (Matth. συμφορᾶς, με). Cycl. 426. ἐξελθὼν δ' ἐγὼ Σιγῇ, σε σῶσαι κἄμ', ἐὰν βούλῃ, θέλω. Sic Matth. locum scribit, qui, si interpunctionis tam tenax est, saltem σέ acuto notare debuit. Melius sine interpunctione scribitur, cum tribus distinctionibus, quarta in extremo versu antecedente posita, versus nimis concisus videatur. Ex interpretum coniectura pron. encliticum hunc in locum venit: Eur. Hec. 62. λάβετε, φέρετε, πέμπετ', 'Αείρετέ μου Γεραιᾶς χειρὸς προςλαζύμεναι, ut Matth. cum Kingio et Hermanno edidit. Ferri quidem potest enclitica tali loco posita; sed exempla, quibus Matth. ad probandam lectionem utitur, diversissima sunt. Magis placet Porsoni emendatio ἀείρετέ μου δέμας. Eur. Heracl. 651. οὐκ ἔστ' ἄγειν σε τοὔσδ', ἐμοῦ ζώσης, ποτέ: interpunctiones tollendae, quod fecit Pflugk.: Soph. Antig. 158 autem pro vulgato τινὰ δή, ut etiam Matth. Gr. Gr. p. 912 scribit, recte posuit Herm. χαρεῖ, τίνα δὴ μῆτιν ἐρέσσων. Ab hoc genere discrepat Eur. Hel. 78. τί δ', ὦ ταλαίπωρ', ὅστις ὢν μ' ἀπεστράφης, quod breviter dictum esse pro τί μ' ἀπεστράφης, ὅστις ὢν μ' ἀπεστρ., Matth. ostendit. — Iam singulas sententiarum formas, in quibus distinctiones ponendae sunt, perlustrantes ad eas pervenimus, in quibus singula orationis membra coniunctionibus sunt copulata. Inter apodosin et protasin interpunctionem necessariam esse constat: tamen in Eur. Hippol. 1168 vulgo editur (ποῦ — Θησέα) Εὕροιμ' ἄν, ὦ γυναῖκες; εἴπερ ἴστε, μοι Σημήνατ'· ἆρα etc.. ubi Monkii emendatio, εἴπερ ἴστ', ἐμοὶ σημ., recipienda fuit, praesertim quum pronomen verbo praepositum exiguo sententiae ambitu excusari videatur. De Eur. Phoen. v. 565 sq. dubitanter modo, quid sentiam, pronunciare audeo: hunc autem in modum leguntur: οὔτοι τὰ χρήματ' ἴδια κέκτηνται βροτοί, τὰ τῶν θεῶν ἔχοντες ἐπιμελούμεθα· Ὅταν δὲ χρῄζωσ', αὔτ' ἀφαροῦνται πάλιν. Pronomen αὐτά, quod ab encliticis non discrepat, post interpunctionem et *caesuram* parum apte positum esse, nemo est quin videat. Erunt fortasse, qui αὐτά a verbo χρῄζωσ' pendere dicant: nec raro versus, qui post tertium pedem incisionem exhibent, inveniuntur (cf. Porson. praef. ad Eur. Hec. p. XXVII. ed. Lips. tert.). Sed verba ita coniuncta admodum mihi frigere videntur. Facillima est emendatio, si αὖτε pro αὐτά legamus; dummodo usus eius particulae senario Euripidis et Sophoclis vindicari possit: nam de αὖ et πάλιν coniunctis, non est quod dubitemus. (v. Ellendti Lex.

Soph. T. I, p. 254. Reisig. Comment. Crit. ad Soph. Oed. C. p. 360) *). Apud Aeschylum αὖτε etiam in diverbiis satis frequens est. cf. Sept. et Theb. 5. Pers. 179. Suppl. 469. Agam. 321. 498. 1048. Eumen. 49. Choeph. 974. Apud Sophoclem in melicis invenitur Trach. 1010.

Post verba, quae tanquam *παρενθετικῶς interposita* sunt, encliticam collocari non posse, per se patet: nec Matthiaei auctoritate (vid. sup. p. 198. ad Eur. Phoen. 382.) de sententia mea deducor, quum exempla, quibus utitur, diversissima sint. Versum, in quo enclitica post parenthesin legatur, non inveni, neque usquam inveniri arbitror: nisi quis huc referre vult Eur. Cycl. 676 ὁ ξένος, ἵν' ὀρθῶς ἐκμάθῃς, μ' ἀπώλεσεν Ὁ μιαρός; ubi pronomen, ne quid deesset, a librario videtur additum esse, id quod in Soph. Elect. 1208 ab Elmsleio factum est. Is enim, cum vulgo legitur μὴ, πρὸς γενείου, μὴ 'ξέλῃ τὰ φίλτατα, ne pronomen desideretur, pro altero μή accusativum μ' scribi iubet (ad Soph. Oed. R. 1522.). At non opus esse accusativo pronominis, iam Herm. ostendit: ut vero ita legas, tamen nulla interpunctio post γενείου ponenda est. Elmsleius perverse scribit μὴ πρὸς γενείου, μ' ἐξέλῃ: quo facto et enclitica post distinctionem apparet et coniunctio parum apte a verbo suo disiungitur. — Eur. Electr. 22. lectio non sana videtur esse: δείσας δέ, μή τῳ παῖδας 'Αργείῳ τέκοι, 'Αγαμέμνονος ποινάτορας, σφ' εἶχ' ἐν δόμοις: alii legunt μή τῳ παῖδ' ἀριστέων τέκοι, 'Αγαμέμνονος ποινάτορ', εἶχεν ἐν δόμοις.

Postremo loco de versu dicamus, in quo Matthiaeus, quamquam Hermannum et Porsonum aliter iudicare sciebat, encliticam post maiorem distinctionem ponere non est veritus. Iph. Aul. 1446. enim ita scribit: παῦσαί· με μὴ κάκιζε eamque scribendi rationem mirum in modum defendit. Quum veteres, inquit, interpunctionum notis non uterentur, scribebant παῦσαί με μὴ κάκ — et paullo infra „sed quidem pausae illius non magnam esse vim iudico." Exempla, quae in nov. edit. gr. Gr. §. 58. dedit et quibus de veritate lectionis illius lectoribus se persuasurum esse putabat, cum hoc contendi non posse, ex his, quae adhuc disputavimus, apparere putamus. Recte Porsonus παῦσαι· 'μὲ μὴ κάκιζε: vocalis post

*) Bene se habet αὐτόν in Soph. Oed. C. 299. ἦ καὶ δοκεῖτε τοῦ τυφλοῦ τίν' ἐντροπὴν Ἢ φροντίδ' ἕξειν, αὐτὸν (ex coniect. Elmsl.) ὥστ' ἐλθεῖν πέλας. ipse ut veniat: ad q. l. Herm.: Hoc solum est, inquit, recte ab Reisig. adnotatum, molestum esse ibi αὐτόν et quasi fines periodi egredi. — Eodem modo explicandum est Trach. 627. ἀλλ' οἶσθα μὲν δὴ καὶ τὰ τῆς ξένης ὁρῶν προςδέγματ', αὐτὴν ὡς ἐδεξάμην φίλως. vid. Herm. ad h. l. Ellendtio enim assentiri non possumus, qui (Lex. Soph. T. I. p. 268) interpunctionem ante αὐτήν tolli iubet, quod tota sententia obiecti ratione a verbo suspensa sit, obiectum autem nemo distinctione a verbo dirimat. In hac enim quaestione etiam formae sententiarum vel maxime ratio est habenda. — Maiore vi αὐτήν videtur dictum esse Eur. Alcest. 1087. δοκῶ γὰρ αὐτὴν εἰςορῶν γυναῖχ' ὁρᾶν 'Εμήν.

interpunctionem elisa neminem offendet; pronomen vero propter positionem ὀρθοτονεῖται.

Accusativum cum infinitivo Graecos a verbo primario non disiunxisse, ii docebunt loci, in quibus encliticae accusativi formae sententiam inchoant. Ex infinita eorum copia hos depromam: *P*, 272. *Μίσησεν δ' ἄρα μιν δηίων κύρμα γενέσθαι*. ibid. 641. 709. ο, 231. Unde liberius, verba disponere licuit, ut Soph. Elect. 417. *λόγος τις αὐτήν ἐστιν εἰσιδεῖν πατρός κτἑ.* cf. Hom. *N*, 8, quem locum supra p. 199. adscripsimus.

Ἄγε naturam adverbii induisse, Lehrs Quaestt. ep. p. 109. ex Apollon. de adv. 533. ostendit: nemo igitur encliticam pronominis formam cum eo coniungi mirabitur; ut *β*, 349. *Μαῖ' ἄγε δή μοι οἶνον — ἄφυσσον*. *δ*, 486. *ἀλλ' ἄγε μοι τόδε εἰπέ*. *φ*, 336. *ἀλλ' ἄγε οἱ δότε τόξον*. cf. Wolf. praef. ad Hom. p. 82, qui tamen *Υ*, 257. *ἀλλ' ἄγε, θᾶσσον Γωσόμεθ'* scripsit, interpunctione minus recte post quintum pedem posita: qua de re infra p. 208. diximus. — Quod de *ἄγε* praecipitur, idem de *ἴθι* valet: unde recte *ἐγκλυτικῶς* scribitur *T*, 347. *ἀλλ' ἴθι οἱ νέκταρ τε — Στάξον*.

Pars altera.

Pronomina et alia vocabula enclitica num in principiis hexametri dactylici et senarii tragici collocari possit, investigatur.

Iam ad id, quod alterum est caput huius quaestionis, quam de loco encliticarum instituimus, transeundum est, ut num in prima versus sede encliticam collocare liceat, an si quod pronomen forte ita positum inveniatur, id semper suo accentu scribendum sit, investigemus. Atque in hac quaestione quin plurimum intersit, quo in genere numerorum versemur, nemo, opinor, dubitabit, quum alios numeros continuari, alios versus non nexos esse inter omnes constet. Sic in melicis poematis, quando numeri continuantur, cum etiam singula vocabula in duos versus distrahi sciamus *), encliticas sine offensione in principiis versuum legimus. Soph. Ai. 595. igitur Hermannus scribit *ὦ κλεινὰ Σαλαμίς, σὺ μέν Που ναίεις* —, cui versui in antistropha respondent *Καί μοι δυσθεράπευτος Αἴ— ας ξύνεστιν*. Item Elect. 1260 *τίς οὖν ἀξίαν Γε, σοῦ πεφηνότος* enclitica ferri potest, quum numeri eiusmodi sint, ut etiam uno versu comprehendi possint. cf. Herm. ad h. l. — At quum de hac re viri doctissimi in diversas abeant partes, nos ad minus obscura ac recondita gradum referamus, et quid de hexametro epico et tragicorum trimetro statuendum sit, videamus.

---

*) Qui Hermanni sententiae non favet, is conferat, quae Lachmannus de chor. system. p. 17 sqq. disputat.

Caput primum.
De hexametro dactylico.

Numeros dactylicos apud poetas epicos non continuari, hiatus et syllaba anceps, quae in extremo versu saepissime inveniuntur, satis ostendunt. Neque tamen fieri potest, ut versu etiam sententia ubique concludatur, praesertim quum summum inde auribus audientium afferretur taedium. Perlustrantibus nobis carmina Homerica pauci tantum occurrerunt loci, in quibus quini vel seni versus deinceps in interpunctionem exeunt: sed etiam in his aliqua certe varietas mutata fere caesura efficitur. (cf. *H.* 69—74. 125—131. 339—343. *N.* 63—67. 711—716. *Φ*. 203—208. 562—568. *α*, 145—150. *β*, 430—435. *γ*, 57—61. *ϑ*, 284—288. 418—423. *π*, 321—330. etc.). Quod nisi factum est, numeros non gratissimos existere, ostendent *H.* 83—90. et *K.* 17—23., ubi singuli versus, quum interpunctione finiuntur, eandem exhibent caesuram. At quomodo numeri versuum heroicorum interpunctionibus mutentur binique versus inter se coniungantur, id hoc quidem loco in universum ostendere non possumus. Quas leges Homerus in collocandis encliticis sequutus sit ut perspiciamus, id tantum quam fieri poterit accuratissime ostendere conabimur, qua ratione voces sensu artissime connexae ita disponantur, ut altera versum claudat, altera insequentem inchoet. Et primum quidem *exitus versuum* contemplabimur eaque exempla, in quibus *nominativi pronominum* alia voce non interposita solo versu a verbis suis dirimuntur, cum lectoribus communicabimus: tum eos versus recensebimus, in quibus *verbum εἶναι* inter subiectum et praedicatum in clausula versus collocatum est: postremo loco, quid de *vocabulis relativis, coniunctionibus, praepositionibus*, quae cum sequentibus coniunguntur, statuendum sit, videbimus. Ea enim exempla, in quibus substantivum ab adiectivo, adverbium a verbo, subiectum a praedicato ita sunt disiuncta, silentio transire posse nobis visi sumus, praesertim quum frequentissima sint et eandem fere ab interpunctione excusationem habeant*).

§. 1. Num nominativi pronominum, verbum *εἶναι*, vocabula relativa, coniunctiones, praepositiones in exitu hexametri collocari possint:

1. Omnibus locis, in quibus *nominativus pronominum* in extremo versu, verba in prima sede insequentis hexametri invenimus, *interpunctio proxime a pronomine abest*, et altero etiam in versu saepe haud procul ab initio distinguitur: qui etiamsi sine interpunctione decurrit, res nihil offensionis habet, quum ne tum quidem

---

*) Frequentissime alterum horum vocabulorum maiore cum vi in initio versus collocari, satis notum est: et tum quidem plerumque statim post primam vocem distinguitur. cf. Boeckh. de metr. Pind. p. 100.

verba iustam hexametri mensuram multum excedant. Plerumque, quando nominativus pronominis versum claudit, ante *quintum dactylum* interpungitur: hos autem notavimus locos: *Α*, 283. *Θ*, 427. 482. *Λ*, 527. 650. *N*, 95. 117. 222. 302. 744. *O*, 401. *P*, 502. *Σ*, 306. *T*, 205. 409. *Φ*, 547. *X*, 86, 387. *Ω*, 59. 244. *α*, 215. *γ*, 353. *δ*, 193, 347. *ζ*, 295. *η*, 208. *ϑ*, 310. *ι*, 16. *κ*, 149. *λ*, 348. 380. *μ*, 81. 379. *ν*, 230. 356. *ο*, 491. *π*, 23. *ρ*, 41. 138. 186. 389. *τ*, 474. *ψ*, 108. — Semel tantum post *quintam arsin* distinctio incidit *λ*, 375. *καί κεν ἐς ἠῶ δῖαν ἀνασχοίμην, ὅτε μοι σὺ τλαίης ἐν μεγάρῳ τὰ σὰ κήδεα μυθήσασθαι:* toties post *quartam* I, 108., ubi etiam in versu insequenti post *tertiam arsin* incisum est: *οὔτι καθ' ἡμέτερόν γε νόον. μάλα γάρ τοι ἔγωγε. Πολλ' ἀπεμυθεύμην σὺ· δέ κτέ.*

2. Verbum *εἶναι*, ubi simpliciter subiectum cum praedicato coniungit *), rarissime in extremo versu ponitur, et tum quidem distinctio semper non longe vel antecedit vel subsequitur. Sic post *tertiam arsin* vel *thesin tertii dactyli* eius versus, in quo verbum *εἶναι* collocatum est, distinguitur simulque fere post *primam vocem* insequentis hexametri insistere interpunctione aliqua iubemur. *δ*, 806. *ἐπεί ῥ' ἔτι νόστιμός ἐστιν Σὸς παῖς· οὐ μὲν γάρ κτέ.* *ν*, 264. *ἐπεὶ οὔ τοι δήμιός ἐστιν Οἶκος Ὀδυσσῆος.* Neque ingrati sunt numeri, si in priore versu nulla inest interpunctio, dummodo haud procul ab initio versus alterius sit posita: *α*, 180. *Μέντης Ἀγχιάλοιο δαΐφρονος εὔχομαι εἶναι Υἱός, ἀτάρ κτέ.* fere eadem *ν*, 418. leguntur. Paullo remotior est distinctio *N*, 111. *ἀλλ' εἰ δὴ καὶ πάμπαν ἐτήτυμόν ἐστιν Ἥρως Ἀτρείδης, εὐρυκ. Ἀγαμ.* — *β*, 230. et *ε*, 8. *μήτις ἔτι πρόφρων ἀγανὸς καὶ ἤπιος ἔστω Σκηπτοῦχος βασιλεύς, μηδέ κτέ.*

3. *Vocabula relativa* atque *interrogativa* et *coniunctiones*, quae non ad praecedentia se inclinant, nisi aliud additum est verbum, versus heroos non claudunt. Et causa eius rei satis aperta est. Graeci enim, quum post quintum pedem incidere non solerent, has, de quibus diximus, voces, quia ante eas distinguendum est,

---

*) Verbum *εἶναι* a ceteris vocabulis, de quibus h. l. agitur, quum non minus ad ea, quae antecedunt, quam ad sequentia referatur, diversum esse satis scio: neque tamen rem omittendam esse arbitratus sum. His, quae dedimus, exemplis valde similia sunt ea, in quibus *ἐστί* in extrema versus sede, infinitivus, qui pro subiecto accipi potest, in altero versu legitur. Etiam tum interpunctiones non magno spatio a verbo distare, omnes, quos invenimus, ostendent loci: *I*, 245. *Ω*, 334. *ο*, 239. *π*, 401. *υ*, 316. *φ*, 154. Semel tantum interpunctiones longius distant: *O*, 197. *θυγατέρεσσιν γάρ τε καὶ υἱάσι βέλτερον εἴη Ἐκπάγλοις ἐπέεσσιν ἐνισσέμεν, οὕς κτέ.* — Iam reliquos locos, in quibus verbum *εἶναι* alia significatione positum est, lectoribus admonitis, etiam in his legem, quam diximus observari, breviter notabimus. *I*, 57. *Α*, 30. 39. *Π*, 60. *T*, 157. *Φ*, 80. *X*, 153. 233. *Ψ*, 577. 587. 670. *Ω*, 610. *α*, 261. 312. *δ*, 61. 214. *η*, 69. *ρ*, 267. *φ*, 282.

in extremo versu ponere noluerunt*): quibus si unum vel duo vocabula addiderunt, nacti sunt caesuram satis vulgarem, quam grammatici bucolicam appellant. Et id quidem exemplorum genus frequentissimum est. *Pronomen* ὅς ita positum legimus: *B*, 227. ἅς τοι Ἀχαιοὶ Πρωτίστῳ δίδομεν. 547. ὅν ποτ' Ἀθήνη Θρέψε, Διὸς θυγάτηρ. *Γ*, 61. ὅς ῥά τι τέχνῃ Νήιον ἐκτάμνησιν, ὀφέλλει δ' κτἑ. Eadem est ratio horum locorum: *B*, 293 (ὅνπερ) *Δ*, 324 (οὗπερ). *E*, 77. 325. 503. 509. 612. *Z*, 18. 21. 209. 314. 418. *H*, 9. *Θ*, 128. *I*, 74. 165. 459. 566. *K*, 32. 77. 146. *Λ*, 76 (ἧχι). 104. 229. 626. *M*, 118 (τῇπερ). 146. 226. 228. 295. 346. 359. 445. *P*, 157. 164. 549. *T*, 235. *Υ*, 11. 123. *Φ*, 103. *X*, 302. 319. *Ψ*, 135. 291. 405. 517. 660. *Ω*, 59. 178. 201. 279. 574. *α*, 91. *γ*, 84, 103. 408. *δ*, 261. 361. 557. 756. *ζ*, 94 (ἧχι). *ι*, 126. *κ*, 87. *μ*, 81 (ἧπερ). 379. *ξ*, 2. 415. *π*, 97. *τ*, 27. *χ*, 263. *ψ*, 18 (ἐξ οὗ). Singula exempla afferenda esse censuimus, ut quantus eorum esset numerus, lectores perspicerent: quo facto non casu accidisse, ut extrema versus sedes etiam relativis duarum syllabarum negaretur, iam neminem nobis non concessurum esse arbitramur. Eadem enim lege etiam aliae voces relativae tenentur et *pronomina* ὅστε, ὅστις, οἷος, ὅσσος, et *coniunctiones* ὄφρα, ὁππότε, οὕνεκα, εἰςόκεν, ὡς, ὅττι, εὗτε et *adverbium* ἔνθα: quae vocabula, quamquam plerumque propter mensuram ab exitu hexametri aliena non sunt, numquam tamen versum claudunt, quintum pedem saepissime efficiunt. Sed ne lectores singulis exemplis, quae sunt frequentissima, recensendis defatigemus, pauca tantum cuiusque generis dabimus. Ὅ σ τ ε καθ' ὕλην Ἔρχηται δι' ὄρεσφι *K*, 184. ἥτε μοι αἰεὶ Ἐν πάντεσσι κτἑ. 278. — *Λ*, 25. 475. *M*, 299. O, 579. *T*, 259. *Ψ*, 287. *δ*, 207. 391. 385. *ι*, 120 etc. ὅ σ τ ι ς, οἵ τ ι ν ές ἐστον Ἀνδρῶν· οὐ γάρ κτἑ. *δ*, 61. 94. 138. — ο ἷ ο ς ἐκεῖνος Δεινὸς ἀνήρ. *Λ*, 653. *Σ*, 466. *T*, 21. *ι*, 128. ὅ σ σ ο ς, ὅσσον ἔγωγε Γιγνώσκω· πάντες γὰρ κτἑ. *N*, 222. *P*, 368. *δ*, 417. *η*, 307. Coniunctio ὄ φ ρ α in eadem versus parte his locis posita est. *Α*, 118. ὄφρα μὴ οἷος Ἀργείων ἀγέραστος ἔω. 509. ὄφρ' ἂν Ἀχαιοὶ Υἱὸν ἐμὸν τίσωσιν. 578. ὄφρα μὴ αὖτε Νεικείῃσι πατήρ. *Δ*, 465. *E*, 557. *Z*, 150. 230. 361. 365. *H*, 79. *Θ*, 105, 110. *I*, 257 etc. *α*, 363. *γ*, 353. 359. *δ*, 294. 473. *ζ*, 32. *ι*, 15. 248 etc. — ὁ π π ό τ' Ἀχαιοί | Τρώων ἐκπέρσωσ' *A*, 163. *Δ*, 229. 357. *H*. 415. (ubi interpunctio ante ὁππότε omissa est.) *I*, 646 etc. *ϑ*, 144. *τ*, 168. *υ*, 83 etc. — ο ὕ ν ε κ' ἄριστοι Ἵππων, ὅσσοι ἔασιν κτἑ. *E*, 266. *Z*, 88. 386. *I*, 97. 505. 562. *Λ*, 22, 54 etc. *ϑ*, 480. ε ἰ σ ό κ ε πάντες Τίσετε Πατρόκλοιο φόνον. *H*, 30. 291. 376. 377. 395.

---

*) Vid. de ea incisione Herm. in Elem. doctr. metr. p. 340. n. 16. Scholiastes Homeri, cuius verba ibi adscripta sunt, sententiam nostram optime tuetur: ο ὐ δ έ π ο τ ε ὁ εἰκοστὸς χρόνος τοῦ ἡρωικοῦ στιγμὴν ἐ π ι δ έ χ ε τ α ι. — Wolfium *T*, 257. ἀλλ' ἄγε, θᾶσσον Γευσόμεθ' ἀλλήλων non recte distinxisse, iam supra monuimus.

I, 48. 609. *K*, 90. *Φ*, 133. 231. *β*, 99. *γ*, 237. *ζ*, 295. *τ*, 144. *χ*, 58. 72. —

ὡς (coniunctio et adverbium) *B*, 3. 394. *Δ*, 130. *Z*, 357. *I*, 342. *Λ*, 324. *Ψ*, 50. — ὅττι οἵ οὔτε Παίδων κτἑ. *Ω*, 538. εὖτε. Ἕκτορα δῖον ἔτετμεν ἀδελφεὸν, εὖτ' ἄρ' ἔμελλεν Στρέψεσθαι ἐκ χώρης. *Z*, 515. ὅτε μοι σὺ Τλαίης ἐν μεγάρῳ — μυθήσασθαι. *λ*, 375. ἔνθα, σχεδὸν ἐλθέμεν ἔνθα τε νῆες Εἰρύττ' εὔπρυμνοι. *Δ*, 247. *E*, 305. *Z*, 384. 433. *Λ*, 528. *α*, 128. 210. *η*, 254. *ι*, 183. *κ*, 1, *ξ*, 15. ἔνθα περ ἄλλα. *α*, 128. 210.

Quam legem de vocabulis relativis valere vidimus, eadem in aliis etiam *coniunctionibus* observatur, ante quas lectores vocem paullum inhibere nota interpunctionis iubentur. Sic ἀλλά et αὐτάρ in *quinto hexametri pede* frequentissime leguntur, *nunquam*, etsi forma aptissima est, *in ipso versus exitu*. De multis exemplis pauca dabimus. οἳ ναίουσι κατὰ πόλιν· ἀλλ' ἐπίκουροι Πολλέων ἐκ πολίων ἐγχέσπαλοι ἄνδρες ἔασιν. *B*, 130. ἀσχαλάαν παρὰ νηυσὶ κορωνίσιν ἀλλὰ καὶ ἔμπης Αἰσχρόν τοι δηρόν τε μένειν, κενεόν τε νέεσθαι. 297. *Γ*, 393. 433. *Δ*, 185. 399. *E*, 185. 255. 613. 701. *Z*, 53. 59. 100. 161. 441 etc. *α*, 232. *γ*, 241. *δ*, 544. 639. 667 etc. — αὐτὰρ Ἀχαιοὶ Τριπλῇ τετραπλῇ τ' ἀποτίσομεν. *A*, 127. αὐτὰρ ἔμ' αὔτως Ἧσθαι δευόμενον. 282. 348. *B*, 218, 465. 599. *Δ*, 514. *E*, 307. 327. 399. 724. 729. 844 etc. *δ*, 134. *ε*, 97. 235. *ζ*, 2, *η*, 14. *ϑ*, 55 etc. Valde frequens clausula est αὐτὰρ ἔπειτα· *Γ*, 273. 315. *Δ*, 424. 442. *Ψ*, 238. *Ω*, 273. *ϑ*, 55. *ι*, 203. 313. *ο*, 361 etc. — Idem accidisse videmus *coniunctionibus* ἤ, ἠέ, καί, ἠδέ, μηδέ, οὐδέ, εἰ, εἴπερ, εἴποτε, αἴκε, μή, μήτις. ἤ, *δ*, 643. Ἰθάκης ἐξαίρετοι, ἢ ἑοὶ αὐτοῦ Θῆτές τε δμῶές τε; ἠέ, *Λ*, 13. τοῖσι δ' ἄφαρ πόλεμος γλυκίων γένετ', ἠὲ νέεσθαι Ἐν νηυσί κτἑ. *M*, 305. *X*, 176. *Ω*, 108. καί, *δ*, 642. πότ' ᾤχετο, καὶ τίνες αὐτῷ Κοῦροι ἕποντ'*); ἠδέ, *E*, 822. τοὔνεκα νῦν αὐτός τ' ἀναχάζομαι, ἠδὲ καὶ ἄλλους | Ἀργείους ἐκέλευσα ἀλήμεναι κτἑ. Οὐδέ, et μηδέ, *B*, 708. ἥρως Πρωτεσίλαος Ἀρήϊος· οὐδέ τι λαοὶ Δεύονθ' ἡγεμόνος, πόθεον δὲ κτἑ. *Γ*, 392. *Δ*, 430. *E*, 103. 119. 249. 284. 331. 440. 827. *Z*, 139. 352. *H*, 109. 480. *Θ*, 126. 201. 399. *I*, 61. 234. 238. 372. 375. 381. 471. 496. 600. *δ*, 178. *κ*, 32 et reliquis in libris frequentissime. εἰ, *Δ*, 415. κῦδος ἅμ' ἕψεται, εἴκεν Ἀχαιοὶ Τρῶας δῃώσωσιν, ἕλωσί τε. *E*, 104. *Θ*, 423. 538. *I*, 135 et 277. *K*, 106 etc. *Υ*, 100. *X*, 410 (ὡς, εἰ). *Ψ*, 40. *Ω*, 224. *υ*, 224. *ψ*, 107 etc. εἴπερ, *B*, 597. *Γ*, 25. *E*. 224. εἴποτε, *A*, 340. 394. *B*, 97. αἴκε, *A*, 128. *K*, 55. *Λ*, 405. *Σ*, 457. *X*, 256. *λ*, 348.

---

*) καί, quod in extrema versus sede poni nequit, in initio collocatum nihil offensionis habet. *O*, 657. ἔσχε γὰρ αἰδὼς Καὶ δέος. *Y*, 8. αἵτ' ἄλσεα· καλὰ νέμονται Καὶ πηγὰς ποταμῶν καὶ πίσεα· ποιήεντα. *Φ*, 196. *Ω*, 36. Idem de ἠδέ valet: interpunctiones, quae in editione Wolfiana leguntur, tollendae sunt.

φ, 305. *μή* *I*, 244. *μήτις* *K*, 538. *M*, 272. 390. *Ω*, 650. — Particulae *τέ*, *δέ*, *γάρ* in extrema versus sede positae, quum prorsus alia earum sit ratio, neminem offendent: *τὲ* enim accentu deposito cum verbo praecedenti artissime coniungitur: *δέ* et *γάρ* autem ab encliticis non multum differre, iam inde apparet, quod nunquam sententiam inchoare possunt. Fuisse etiam, qui *δέ* et *γάρ* encliticis adnumerarent, Lehrs in quaestt. epp. p. 101. docet. Ac *τέ* quidem et *δέ* saepissime quem diximus locum obtinent (*δέ* *Θ*, 75. *Λ*, 97. *M*, 162. *Υ*, 399 etc. *β*, 244. *δ*, 615 et et *ο*, 115. *ε*, 315 etc.) *Γάρ* autem bis tantum in Iliade ita legitur *Π*. 335. *ἔγχεσι μὲν γὰρ Ἤμβροτον ἀλλήλων μέλεον δ' ἠκόντισαν ἄμφω* et *Φ*, 331. *ἄντα σέθεν γὰρ Ξάνθον δινήεντα μάχῃ ἠΐσκομεν εἶναι*: nusquam in Odyssea, nisi quod *γάρ ῥα*, *γ*. 143. invenitur *βούλετο γάρ ῥα Λαὸν ἐρυκακέειν*. *Μέν*, quod ab his vocabulis prorsus non diversum est et ab grammaticis, qui de eorum natura agunt, semper una cum iis commemoratur, casu apud Homerum nusquam ultimum versus vocabulum est.

4. Iam reliquum est, ut de *praepositionibus* dicamus. — *Praepositiones* quum in unam notionem cum substantivis, quae inde pendent, coeant, unde etiam *ἐν*, *εἰς*, *ἐξ* sine accentu scribuntur, *ita collocari non possunt, ut ipsae in extrema versus parte, substantivorum casus, qui inde pendent, in principio hexametri insequentis legantur.* Exemplum eiusmodi, quamquam diligentissime attendimus, nobis ut inveniremus non contigit. Adverbia quidem, loco praepositionis posita, versum nonnunquam claudunt, ut *ἔξω*, *K*, 94. *κραδίη δέ μοι ἔξω Στηθέων ἐκθρώσκει*. *ἄτερ*, *O*, 292. *οὐ γὰρ ἄτερ γε* · | *Ζηνὸς ἐριγδούποιο*: praepositiones vero, ubi eo loco collocatae sunt, aut *adverbii* vicibus funguntur, aut substantiva sua subsequuntur, ut cum iis, quae antecedunt, non cum insequenti versu coniungendae sint*). Sed utrumque genus singulis praepositionibus continetur. Et ad primum quidem ea exempla referenda sunt, quae *διὰ πρό* ita collocata exhibent. *E*, 66. *ἡ δὲ διὰ πρὸ Ἀντικρὺ κατὰ κύστιν ὑπ' ὀστέον ἤλυθ' ἀκωκή*. *Π*, 260 et *M*, 404. *M*, 184. *Φ*, 164: quibus in locis omnibus ante quintum dactylum maiore interpunctione distinguitur. Paullum diversa sunt *Ξ*, 494. *δόρυ δ' ὀφθαλμοῖο διὰ πρὸ Καὶ ἰνίου ἦλθεν*. *E*, 281. *τῆς δὲ* (*ἀσπίδος*) *διὰ πρὸ Αἰχμὴ χαλκείη πταμένη θώρηκι πελάσθη* et *P*, 393. *τάνυται δέ τε πᾶσα*

---

*) Etiam monosyllabas praepositiones casui postpositas in fine versuum accentum erexisse, ex iis apparet, quae Lehrs. Quaestt. epp. p. 97 sq. attulit, quamquam plerisque locis, quae ibi proferuntur, distinctio simul in exitu versus posita est: etiam *ο*, 410. *Ἀρτέμιδι ξὺν Οἷς βελέεσσι κτέ.* quem locum Lehrs. p. 97 praepositiones illas etiam sine interpunctione in fine versus suo accentu scriptas esse ostendere dicit, vulgo post praepositionem distinguitur. *Διὰ πρό* omnibus locis, quos infra recensuimus, barytonos scribitur. Sic etiam praepositiones, quae in continuata oratione substantivis suis postpositae accentum non mutant, *ἀμφί*, *διά*, aliae in exitu versuum legem illam non migraverunt. Cf. exempla praepositionis *ἀμφί* infra proposita.

διὰ πρό. Ὣς οἵγ' ἔνθα κτἑ., ubi διὰ πρό ad antecedentia referuntur. — Substantivo suo postposita sola praepositio ἀμφί vel ἀμφίς (nam lectio plerisque locis variat cf. Buttm. Lexil. II, p. 217) in clausula versus legitur, qui ab insequenti disiunctus non est. ω, 45. πολλὰ δέ σ' ἀμφὶ Δάκρυα θερμὰ χέον Δαναοί ib. 65. πολλὰ δέ σ' ἀμφὶ κατεκτάνομεν μάλα πίονα. ἀμφίς, η, 4. ita legitur κασίγνητοι δέ μιν ἀμφὶς Ἵσταντ', ἀθανάτοις ἐναλίγκιοι, et ι, 399. οἵ ῥά μιν ἀμφὶς Ὤικεον ἐν σπήεσσι —: quibus locis ne quis ἀμφίς adverbium esse credat, iam accusativus, qui antecedit, prohibebit cf. Ξ, 274 et O, 225. Κρόνον ἀμφὶς ἐόντες. Encliticam vero pronominis formam cum pronomine coniunctam offendere non posse, etiam Lehrs. l. l. p. 109 not. existimare videtur, qui iis exemplis, in quibus encliticum pronomen a praepositione alia voce interposita disiunctum est, addit μὶν ἀμφί λ, 570. ψ, 46: his duobus exemplis praeter ea, quae modo dedimus, adiungi potest κ, 3. πᾶσαν, δέ τέ μιν πέρι τεῖχος. Aliter sane de hac re iudicat Apollonius, qui de pron. p. 52. C. τὰ γὰρ ἐν ὑπερβάτῳ κείμενα, inquit, ὀφείλει τὸν λόγον ἀναδέχεσθαι τῆς κατὰ φύσιν ἀκολουθίας, sed etiam hoc loco magis ratio quid expostularet, quam quid probatum esset usu, quaesivisse videtur. Cf. Lehrsium quaestt. epp. p. 82 seq. de hac grammaticorum consuetudine disputantem. Ex his igitur, quae diximus, Homerum hexametros, interpunctionibus in minores partes divisos, nonnunquam quidem artissime inter se coniunxisse apparet, ita tamen, ut voculas nonnullas, quae ad sequentia sunt referendae, in versuum exitu ponere nollet. Sic quae *atona* nominantur numquam apud Homerum extrema versuum vocabula sunt. Eadem ratione ductus apostrophum eo loco non admisit, nisi *in uno accusativo* Ζῆνα, qui in Iliade ter ita legitur, ut ab Aristarcho littera ν in altero versu scribatur. Θ, 206, (εἴπερ γάρ κ' ἐθέλοιμεν) Τρῶας ἀπώσασθαι καὶ ἐρυκέμεν εὐρύοπα Ζῆ—ν' Αὐτοῦ κ' ἔνθ' ἀκάχοιτο. Ξ, 265. ἦ φῄς, ὣς Τρώεσσιν ἀρηξέμεν εὐρύοπα Ζῆ—ν, Ὣς Ἡρακλῆος κτἑ. et Ω, 331. τὶς δ' οὐ λάθον εὐρύοπα Ζῆ—ν', Ἐς πεδίον προφανέντε. Summam nobis haec exempla admirationem movent, quod ubique post ipsum vocabulum, cuius extrema vocalis eliditur, distinctio posita est, ut ne interpunctione quidem duo versus in unum esse coniunctos dicere et sic liberiorem apostrophi usum excusare liceat. Schol. A. quae inde difficultas oriatur optime ad Θ, 206 docet: ad Ω, 331. paucis tantum, quomodo vocabulum scribendum sit, ostendit; de tertio loco nihil monet. Schol. BL. ad primum locum diversa inter se praecipiunt: primum enim, interpunctione post εὐρυκέμεν posita, Ζήν nominativum esse dicunt: quam sententiam probari non posse, iam inde apparet, quod in reliquis duobus versibus nominativus locum non habet: tum ut Schol. A. scribi iubent. Hermannum accusativum Ζῆν sine elisione scribere et Eustathium etiam ab ea sententia non prorsus abhorruisse, satis constat, (cf. Herm. elem. doctr. metr. p. 351). In tanta virorum doctissimorum dissensione non est quod erubescamus fateri, a nobis viam melioris interpreta-

tionis non esse apertam. Id tamen persuadere nobis non potuimus, similitudinem ullam inter neutra *κρῖ*, *δῶ* et accusativum *Ζῆν* intercedere: et *ἦλ* ita tantum cum *Ζῆν* comparari posset, si, quod factum non est, alii eius vocabuli casus extarent similiter effecti, ut *Ζηνός*, *Ζηνί*. — Accusativus *Ζῆν'* etiam Hes. Theog. 884 legitur, qui locus minus habet offensionis, quum post primum vocabulum versus insequentis distinctio posita sit. Locum praeoccupavit Spitznerus ad Hom. Ξ, 265; idem ex Simonidis epigrammatis (epigr. XXIV.) exemplum attulit vocabuli inter duo versus divisi: quod in nomine proprio eoque composito epigrammatum scriptori facile concedi potest. (cf. Herm. Elem. p. 350 extr.)*).

§. 2. De Virgilii et Horatii usu quaeritur.

Multo maiore licentia Latinorum poetae epici in ea re versati sunt, qui non solum relativa vocabula, coniunctiones, praepositiones aliasque voces, quibus Homerus ultimam sedem hexametri nunquam concessit, in extremo versu ponere solent, sed etiam postremam vocem elisa vocali extrema cum primo versus insequentis vocabulo artissime coniungunt. Non prorsus igitur a consilio nostro alienum videtur, si primum, quae de usu Virgilii adnotavimus, cum lectoribus communicabimus, tum paucis etiam, qua ratione Horatius versus dactylicos composuerit, ostendemus.

Exempla, quae infra ex omnibus fere Virgilii carminibus proposita sunt, qui accuratius inter se comparaverit, in Eclogis et Georgicis, quamquam hos libros poetam maiore diligentia composuisse constat, ea quae diximus vocabula multo frequentius in extrema versus parte collocata esse inveniet, quam in Aeneide, ut in epico carmine legibus Graecorum severioribus Virgilium magis teneri appareat. Sed etiam apud Virgilium interpunctionibus haud procul ab exitu versus vel ab initio insequentis hexametri positis insolentiorem illam verborum collationem excusari, non est quod moneamus. Et *relativorum* quidem vocabulorum, *qui*, *ex quo*, *si quis*, *quantus*, *quidquid*, *ut*, haec sunt exempla: *Eclog.* V, 83. nec percussa iuvant fluctu tam littora, *nec quae* Saxosas inter decurrunt flumina valles, VI, 9. si quis: VII, 57 et IX, 12. *quantum.* IX, 48 et *quo.* Georg. I, 223. *quamque* (antecedit *ante*) II, 49. *si quis.* III, 24. *utque.* IV, 6. *signum.* 101. *quantum.* Aen. V, 713. et *quos.* VI, 560. *quibusve.* IX, 512. *si qua.* XI, 164. *nec quas.* 170. *et quam.* 283. *quantus.* 429. *et quos.* XII, 891. *quidquid.* Alia est ratio eorum exemplorum, in quibus *si quis*, *ex quo* similia sententiam relativam non incipiunt, sed vocibus nonnullis, quae eiusdem enunciati partes sunt, postponuntur. Georg. III, 474. Tum sciat aërias Alpes et Norica *si quis* Castella in tumulis — videat.

*) Maior fuit poetarum tragicorum in hexametris licentia. Ferri possunt quae in Hermanni editione Trachiniarum leguntur: *θύραζέ γ' Ἔστι* (1017): *πόθεν ἔστ' ὦ Πάντων Ἑλλάνων* (1006) etiam *πάντων Ἑλλάνων ἀδυκώτατοι ἀνέρες*, *οὓς δὴ Πολλά* (1007) vereor ut apud epicum poetam inveniatur. —

Aen. I, 181. si quem. IV, 224. Tyria Carthagine *qui* nunc Exspectat. II, 163. impius *ex quo* | Tydides. ibid. 355. inde *lupi ceu* Raptores. VI, 574. Cernis, custodia *qualis* Vestibulo sedeat? XI, 509. est omnia *quando* Iste animus supra. — Ex *coniunctionibus* apud Virgilium in clausula versus positas invenimus: *quum, priusquam, dum, atque. quum* Eclog. VI, 39. Georg. I, 314. 370. III, 133. 358. *priusquam* Georg. III, 468. Aen. I, 472. (*antequam* tantum disiunctis singulis partibus in extremo versu legitur. Georg. I, 347. neque *ante* Falcem maturis quisquam supponat aristis *Quam* etc. II, 536 et *ante* Impia *quam* caesis gens. — IV, 306. *ante* Garrula *quam.*) *dum* Georg. III, 428. *atque* Aen. XII, 615. — *nec* addito pronomine te in sexto hexametri pede collocatum est Aen. VI, 117. — Sicut relativae etiam coniunctiones nonnunquam versus ita terminant, ut loco mutato media in sententia posita sint: *namque* Aen. VII, 122., quamquam is locus etiam alia ratione explicari potest. *donec* XI, 201. nox humida *donec* Invertit coelum. — *Praepositiones*, quibus substantiva, quae ab iis pendent, postposita sunt, rarissime versus concludunt*): notavimus *inter* Georg. III, 459. profuit incensos aestus avertere, et *inter* Ima ferire pedes salientem sanguine venam: *circum* Aen. IV, 254. avi similis, quae circum littora, *circa.* Piscosos scopulos humilis volat aequora iuxta. Non prorsus similia sunt, quae Aen. I, 667. leguntur, ubi adiectivum cum substantivo coniunctum praepositionem antecedit: *omnia circum* Littora iactetur. Iam ubi praepositio substantivum suum subsequatur, versum ea voce claudi, neminem offendet: id quod factum videmus, Eclog. VIII, 12 atque hanc sine *tempora circum* Inter victrices ederam tibi serpere lauros. Aen. XI, 816. *ossa* sed *inter* Ferreus — stat — mucro. et XII, 279: *quos* agmina *contra* Procurrunt. Nec magis quando adverbii notionem habeant, praepositiones extremam versus partem obtinere mirabimur, sicut Aen. IX, 711 magnis quam molibus *ante* Constructam ponto iaciunt et X, 16. at non Venus aurea *contra* Pauca refert. Restat, ut locum afferamus, in quo solo praepositione a verbo divulsa hexametrum concludi vidimus: Aen. II, 218 bis collo squamea *circum* Terga dati. His expositis mirum fortasse videbitur, poetam Latinum quum aliis in vocibus multo liberius se gesserit quam Homerus, nominativos pronominum, qui in Graecis carminibus saepissime extrema sunt versuum vocabula admodum raro in extrema versus parte posuisse. Tribus enim tantum locis, nisi fallor, id factum est: Aen. IV, 13. X, 195. 348. —

Magis vero etiam Virgilius ab Homeri consuetudine eo recessit, quod vocalem in ultimo versus vocabulo elidere ausus est. Neque tamen, quod Hermannus vult (Elem. doctr. metr. p. 357) in vitio

---

*) Virgilium etiam, quod Homerus non commisit, praepositionem ita a casu suo divellere, ut ab ea versum incipiat, substantivo versum, qui proxime antecedit, claudat, uno exemplo, Georg. II, 344, ostendamus: Si non tanta quies iret frigusque *caloremque Inter*, et exciperet etc.

Virgilium artem quaesivisse crediderim, sed quum etiam apud Graecos poetas nonnulla verborum genera ita poni videret, ut bini versus fere in unum coniungerentur, longius etiam est progressus et apostrophum in fine versus concedi posse existimavit. In *eclogis* autem nullum eius rei exemplum exstat: qui in *Georgicis* inveniuntur loci duo exemplorum genera continent, quorum alterum *terminationes* vocabulorum ipsas, alterum *coniunctionem que* elisam exhibet, quum id in *Aeneide* uno loco excepto in sola coniunctione *que* vel bis vel semel posita accidit. — In Georgicis igitur coniunctio *que* extremo in versu posita a proxima vocali absorbetur his in locis: II, 344. III, 242. 377. *Positiones nominum* elisas invenimus I, 295. (humorem) II, 69. (horrida) III, 449. (sulphura). Haec exempla accuratius si intuitus eris, numeros versuum non admodum gratos esse concedes: nam uno tantum loco II, 344. post primum statim vocabulum alterius versus distinguitur: III, 377. duo illi versus, qui vocalis elisione coniunguntur, nulla sunt interpunctione distincti: reliqua vero exempla in nostris quidem editionibus ita scribuntur, ut vocabula, quae synaloephe illa cum proxima voce coniungantur, interpunctione in ipso versus exitu posita ab eadem seiungantur. Et necessaria sane est interpunctio II, 69. „Inseritur vero et fetu nucis arbutus horrida, Et steriles platani malos gessere valentes“: ceteris autem locis etsi commata tolli posse videntur, tamen ne sic quidem, quum distinctiones maiore fere inter se spatio distent, numeri satis placebunt. — In *Aeneide* uno tantum loco, qui est VII, 160, terminatio substantivi, quamquam interpunctiones utrimque nimis remotae sunt, eliditur: Iamque iter emensi, turres ac tecta Latinorum Ardua cernebant iuvenes murosque subibant. Neque enim huc referri ea debent exempla, in quibus binae extremae vocalis *per synaeresin* unam syllabam faciunt: *alveo* Aen. VI, 412. et IX, 32. *aureo* VIII, 372. *Menestheo* X, 129: nam etiam littera consona sequenti id fieri multa ostendunt exempla, ut VI, 33. omnia Perlegerent VIII, 383. Te filia Nerei, Te potuit X, 116 aureo Surgit. Frequentissime *que*, quum extremum hexametri vocabulum est, in Aeneide eliditur, et *bis* quidem positum his in locis: I, 332. Ignari hominum*que* locorum*que* Erramus, vento huc et vastis fluctibus acti. II, 745. IV, 558. V, 753. IX, 650: *semel* positum I, 448. V, 422. VI, 602. VIII, 228. X, 781. XI, 609. Et his quidem locis legem, quam de interpunctionibus tulimus, plerumque non violari videmus, praeter II, 745 et V, 753. ubi post extremum versus vocabulum minore interpunctione distinguitur: IV, 558 autem et IX, 650 quae in fine versus leguntur distinctiones non necessariae esse videntur. Maxime vero notabiles nobis visi sunt illi loci, in quibus, quamquam versu etiam *tota sententia* maiore interpunctione posita concluditur, tamen coniunctio *que* cum proximo versus insequentis vocabulo coniungitur. Sic maxima distinctione interpungitur: Aen. IV, 629: pugnent ipsi*que* nepotes*que*. Haec ait et partes etc. VI, 336. Obruit auster — navem*que*

virosque. Ecce gubernator — VII, 470. Se satis ambobus Teucrisque venire Latinisque. Haec ubi dicta dedit — X, 895. Clamore incendunt coelum Troesque Latinique. Advolat Aeneas*) —: Hanc Virgilii sive negligentiam sive legum metricarum inscitiam quomodo excusem non habeo, nisi quis eum singulare illud exemplum Homericum, ubi post Ζῆν' in fine versus distinguitur, temere imitatum, aut tragicorum exemplo, qui medio in versu etiam ante maximam distinctionem vocales elidere solent, in errorem inductum esse dicere vult.

Sed de Virgilio iam satis multa: multo breviores *de Horatio* esse possumus. Huius enim hexametri hoc loco vix in iudicium vocari possunt, quippe qui quum alia ratione, tum iungendis singulis versibus leges vulgo sancitas adeo neglexerit, ut verba etiam composita ita dirimeret, ut alteram partem in exitu unius versus, alteram in principio insequentis collocaret. Apud hunc igitur poetam, quum sicut carminum ratio postulat, hexametri in minusculas partes distinguantur, sine ulla offensione vocabula, quae ad sequentia referenda sunt, in ipso versuum exitu legimus. Pauca exempla, in quae non anxie quaerentes incidimus, ad comprobandam sententiam nostram sufficient: *qui* Serm. I, 3. 10. 30. *quod* S. I, 1, 94. *quum* I, 5, 59, *sicut* I, 1. 32. *si quis* in partes suas solo versu dirimitur S. I, 2, 49. At hic *si Qua* res. — *et.* S. I, 3, 13. 7, 62. *atque* I, 2, 14. 3, 51. 83. 129. 5, 27. 31. *que* eliditur. S. I, 4, 96. *nam* I, 2. 107. *namque* I, 3, 36. 5, 59. *si* I, 2, 116. 3, 94. 4, 116. *ut si* I, 1, 46. *ac si* I, 6, 130. *velut si* I, 6; 66. *an* I. 1, 50. *non Quidquam* I, 3, 5. *intra* I, 1, 49. *adusque* ibd. 96. 5, 96. *inter* I, 3, 82. 7, 110. Epp. II, I, 36. 37. *ante.* S. I, 4, 51. Notandum etiam *o* in extremo versu collocatum, quum vocativus insequentem versum incipit: *Ars poet.* 291. Vos, *o Pompilius* sanguis, carmen reprehendite, quod non — His autem locis vocabula composita versu dirimuntur: *inter — est* S. I, 2, 62. *iure — iurando* II, 3, 179. *unum — quodque* Epp. II, 2, 188. *unum — quemque* ars poet. 290. *circum — spectare* Epp. II, 2, 93. *inter — noscere* ars poet. 424. — Haec igitur in transcursu attigimus: nunc iam ad Graecos videtur redeundum esse. —

§. 3. Principia hexametri dactylici num encliticis aliisque, quae iis sunt similia, vocabulis concessa fuerint, necne.

Tota, quam adhuc instituimus, quaestione id maxime consequi voluimus, ut, quam arte Homerus hexametros inter se coniungere ac consociare soleret, ostenderemus, utque nobis sic munita tamquam via progredi liceret quaerentibus, num a vocabulis encliticis versus heroi incipi possent, an pronomina (nam de iis potissimum agitur) ea in parte posita, etsi nulla personarum oppositio animadverti posset, tamen propter locum, quem obtinent, orthotonos scribenda essent.

---

*) His locis, ut quatuor illis, de quibus modo diximus II, 745. V, 753. IV, 558. IX, 650. attendas velim coniunctionem *que* duplicatam esse.

Sicut in extrema versus parte, quamquam in legendo subsistere non licet, sed ad sequentia properandum est, multa tamen vocabula, quae cum verbis insequentibus coniungenda sunt, collocari non posse ostendimus: sic quamvis bini versus sensu artissime connexi essent, *veras quidem encliticas,* quae accentus in vocabula, quae antecedunt coniicerent aut tantum propter tenorem proximae vocis accentu notarentur, *in ipsis versuum principiis collocare non licuit; servato autem accentu, etsi propter sententiam erigendus non fuit, nonnullas eius generis voculas, quae verae orthotoneseos non expertes sunt, aliaque quae ab encliticis fere nihil differunt vocabula saepissime ibi collocatas invenies.* Sic 1) *verbi* εἰμί in prima versus parte positi exempla sunt frequentissima. Nec loquimur de eo verbo, quod etiam totius sententiae primum vocabulum esse potest: ea enim significatione etiam versus primam sedem occupare, adeo non mirum est, ut exemplis proferendis supersedere nos posse arbitrati simus: de eo tantum usu agitur, quando verbum substantivum, quamquam nihil fere nisi subiectum cum praedicato coniungit, tamen in primo hexametri pede collocatum est, quum altera sententiae pars extremo qui antecedit versu continetur. Et haec quidem notavimus exempla. *Indicativus praesentis temporis,* cuius formae inclinari possunt, his locis apud Homerum ea de qua diximus significatione legitur: εἰμί Z, 224. τῷ νῦν σοὶ μὲν ἐγὼ ξεῖνος Φίλος Ἄργεϊ μέσσω Εἰμί, σὺ δ' ἐν Λυκίῃ. εἶς Π, 514. κλῦθι, ἄναξ, ὅς που Λυκίης ἐν πίονι δήμῳ Εἶς, ἢ ἐνὶ Τροίῃ, δύνασαι δὲ σύ κτέ. Ω, 406. εἰ μὲν δὴ θεράπων Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος Εἶς, ἄγε δή μοι. quamquam ibi maiorem etiam vim habere potest: si *re vera es* amicus Achillis. ἔστιν, quod nonnumquam etiam sensu non diverso iisdem in editionibus ἐστίν scribitur, Z, 271. πέπλον δ' ὅστις τοι χαριέστατος ἠδὲ μέγιστος Ἔστιν ἐνὶ μεγάρῳ, καί τοι πολὺ φίλτατος αὐτῇ, Τὸν θές — Λ, 668. οὐ γὰρ ἐμὴ ἲς Ἔσθ' οἵη πάρος ἔσκεν — δ, 615. ἀργύρεος δὲ Ἔστιν ἅπας χρυσῷ δ' ἐπί. quae o, 115 mutato tamen accentu repetuntur ἐστὶν ἅπας. p. 320. ὦ φίλοι, ἐν γὰρ νηῒ θοῇ βρῶσίς τε πόσις τε Ἐστὶν, τῶν δὲ βοῶν — ζ, 98. οὔτ' αὐτῆς Ἰθάκης, οὔτε ξυνεείκοσι φωτῶν Ἔστ' ἄφενος τοσσοῦτος· ἐγὼ δέ κε — ψ, 107. εἰ δ' ἔτεον δὴ Ἔστ' Ὀδυσεὺς, καὶ οἶκον ἱκάνεται (quo de loco fortasse eadem quae de Ω, 406 dicenda sunt.) Εἰσίν B, 226. πολλαὶ δὲ γυναῖκες Εἰσὶν ἐνὶ κλισίῃς ἐξαίρετοι, ἅς τοι — δ, 94. οἵτινες ὑμῖν Εἰσὶν ἐπεί — 166. οὐδέ οἱ ἄλλοι Εἴσ' οἴκεν. Et his quidem locis quamquam verae quam dicunt copulae vim non ubique habeat, tamen fere ita positum esse apparet, ut nisi in ipso versus initio legeretur, inclinato accentu scribendum fuerit: interpunctiones autem (eius enim rei etiam in hac disputationis parte vel maxime rationem esse habendam constat) in *sex* exemplis post ipsum vocabulum de quo agitur positae, in versu qui antecedit paullo remotiores sunt. Reliquis *duobus locis,* ubi distinctiones longissimo spatio inter se disiunctae sunt, vel, ut Z, 271 in priore versu post quartum tempus, in altero post decimum distinguitur, vel, ut B, 226, in eo qui antecedit versu post decimam, in eo, qui a verbo

εἶναι incipit, post septimam decimam moram incisum est. Minus apte verbum *ἐστίν*, quum a versu proximo interpunctione dirimatur, in prima versus sede collocatum est ρ, 157. *ὡς ἤτοι Ὀδυσεὺς ἤδη ἐν πατρίδι γαίῃ, Ἧμενος ἢ ἕρπων, τάδε πευθόμενος κακὰ ἔργα, Ἐστίν· ἀτὰρ μνηστῆρσι κτἑ.* sed totus hic locus a nonnullis Grammaticis quamquam aliam ob caussam *ἀθετεῖται.* — Quum encliticas verbi *εἶναι* formas in initio versuum positas viderimus, iam minime offendent aliae, quae inclinationis expertes sunt, eodem loco collocatae, si eandem ab interpunctione excusationem habent. Sic *optativus* in prima versus sede his in locis invenitur: *εἴην* Θ, 538. *N*, 825. *εἴη* *M*, 344 et 357. ξ, 402. *εἶεν* ξ, 407. *Infinitivus* *ἔμμεναι* saepissime eum locum obtinet, et semper quidem ita, ut post *primum dactylum distinguatur:* *B*, 215. 248. *P*, 26. *Φ*, 462. 569. α, 233. 376. β, 141. ζ, 42. ϑ, 180. ρ, 415. τ, 383. φ, 331. *εἶναι* *E*, 635. 638. ubi infinitivus distinctione a sequentibus verbis dirimitur et Z, 90. quo loco post decimum tempus interpungitur. *Imperativi tertia persona* in prima versus parte legitur α, 370. *μηδὲ βοητὺς Ἔστω· ἐπεὶ τόγε* — et *X*, 243. *μηδέ τι δούρων Ἔστω φειδωλή, ἵνα εἴδομεν.* *Imperfecti* haec notavimus exempla *ἦα* τ, 442. *ἦσθα* *Ψ*, 603. *ἦν* *Z*, 139. (sensu paullum diverso.) *X*, 127. *ἦεν* *Υ*, 347. ϑ, 232. ξ, 239. τ, 442. *ἔσκεν* *Z*, 19. *N*, 649. *O*, 333. *Π*, 549. τ, 239. *ἤην* *Λ*, 807. ψ, 315. ω, 343. *ἦσαν* *Z*, 314 et *Υ*, 269. His omnibus locis plerumque *post alteram arsin* eius versus, in quo verbum *εἶναι* legitur, vel *post ipsum vocabulum* distinguitur: ubi remotissima est distinctio, iam post *tertiam* arsin inciditur: semel tantum (*Z*, 314) is quidem versus, cuius prima in sede verbum *εἶναι* positum est, nulla distinctione dividitur, eius vero qui antecedit extrema pars, quum ante quintum dactylum distinguatur, cum illo artissime connectitur. Unus restat locus (v. 209.) valde notabilis, in quo *ἦσαν* quamquam interpunctiones utrobique longissime distant, primum versus vocabulum est: *ὢ ποποί, οὐκ ἄρα πάντα νοήμονες οὐδὲ δίκαιοι Ἦσαν Φαιήκων ἡγήτορες ἠδὲ μέδοντες, Οἵ μ' εἰς κτἑ.*

Futurum, ubi primam hexametri sedem obtinet, fere semper post vocabulum ipsum incidi solet: quod factum est *Δ*, 82. 266. 270. *Z*, 352. *I*, 415. *Λ*, 314. 823. *M*, 223. *P*, 556. *T*, 181. *Υ*, 349. *X*, 54. 485. 488. *Ψ*, 342. α, 204. β, 136. 303. ρ, 14. Post *decimum* tempus distinguitur *Z*, 411. *Φ*, 322. ω, 200; post *undecimum* δ, 194: tum vero in eo versu, qui antecedit, interpunctionem ante *quintum* dactylum, semel in *quarto* positam vidémus. Remotissimae sunt distinctiones *Π*, 489. *Σοὶ γὰρ ἐγὼ καὶ ἔπειτα κατηφείη καὶ ὄνειδος Ἔσσομαι ἤματα πάντα διαμπερίς, εἴ κέ μ' Ἀχαιοὶ κτἑ.* — Eadem ratione etiam alia vocabula, quae non multum a verbo *εἶναι* differunt, ut *πέλομαι* et *γίγνομαι*, si binorum versuum partes interpunctionibus artius inter sese coniunguntur, primam versus partem occupare possunt: et distinctiones quidem plerumque sunt post ipsa verba *γίνεσθαι* et *πέλεσθαι*, bis tantum post

tertiam demum arsin. *Γίγνομαι* ita legitur: *H*, 409. *Φ*, 527. *Ω*, 44. *β*, 319. *ϑ*, 585. *ι*, 34 (*μ*, 86 et 286 in extremo versu, qui antecedit, interpungitur: sed in priore versu distinctiones, quibus sententia relativa includitur, cum pronomen demonstrativum omissum sit, tolli posse videntur; in altero autem exemplo *γίνεσϑαι* existendi habet notionem) *ν*, 244. *ξ*, 58. 156. *ϱ*, 309. *τ*, 560. *χ*, 305. *Πέλομαι* *A*, 418. 505. *O*, 226. *P*, 302. *T*, 56. *β*, 363. *η*, 216. *μ*, 168. *ο*, 326.

2) Verbum *φημί*, cuius indicativus praesentis temporis inclinationis expers non fuit, non raro quidem in principiis versuum collocatum est; sed ab his exemplis, in quibus explicandis adhuc versati sumus, eo differt, quod simul etiam vel totius sententiae vel sententiarum particulae initium est. *Φημί* ita positum est *B*, 350, *H*, 118. *Φ*, 316: ut Latinorum credo inseritur *T*, 187. A secunda persona *φῄς*, quae numquam inclinatur *ξ*, 117. incipit: a tertia singularis numeri *ε*, 105. *π*, 63. *ϱ*, 522: *φασί* *T*, 206 et *γ*, 211. primum versus vocabulum est. Semel tantum, ni fallor, quum nulla interpunctio antecedit, primam versus partem occupat: *α*, 166 *νῦν δ' ὁ μὲν ὥς ἀπόλωλε κακὸν μόρον, οὐδέ τις ἥμιν Θαλπωρή, εἴπερ τις ἐπιχϑονίων ἀνϑρώπων Φησὶν ἐλεύσεσϑαι.* Nec temere ibi positum est: hic enim est verborum sensus: etsi *dicunt* homines, rediturum eum esse, equidem spem concipere nequeo: *τοῦ δ' ὤλετο νόστιμον ἦμαρ.* —

4) *De pronominibus.* Quum verba *εἰμί* et *φημί*, etiam ubi tenores inclinandi essent, in principiis hexametri legi, sed tum accentus suos semper servare ostendimus: iam pronomina absoluta num eandem versus partem occupare possint et quo tum accentu sint scribenda, videbimus. Nam quae propter sensum tenorem non inclinant pronomina in prima hexametri sede saepissime poni, cum sit res certissima, exemplis comprobari non opus est: pauca, quae nonnullis fortasse dubia videri possint, paullo infra commemorabimus. Ac primum quidem, sicuti minores sententiarum partes ab absolutis pronominibus incipere, haec vero tum suo accentu scribi, iam supra ostendimus, sic etiam in principiis versuum, ubi qui antecedit versus interpunctione ab insequenti dirimitur, quin orthotonumenis pronominum formis utendum sit, dubitari non licet. Et eius generis tria sunt de iis exemplis, quibus Apollonium uti diximus (p. 5.), ut pronomina propter positionem non inclinari ostenderet: *χ*, 14. (*τίς κ' οἴοιτο μετ' ἀνδράσι δαιτυμόνεσσιν, Μοῦνον ἐνὶ πλεόνεσσι, καὶ εἰ μάλα καρτερὸς εἴη*) *Οἷ τεύξειν ϑάνατον* — *E*, 64. *αἳ πᾶσι κακὸν Τρώεσσι γένοντο, Οἷ τ' αὐτῷ* (Spitznerus, sine interpunctione scribit.) *Δ*, 695. *ταῦϑ' ὑπερηφανέοντες Ἐπειοὶ χαλκοχίτωνες, Ἡμέας ὑβρίζοντες, ἀτάσϑαλα μηχανόωντο.* Sed uno ex his loco (*E*, 64) multum illo grammaticorum disputationibus agitato, etiam propter *συμπλοκήν* orthotonesis necessaria esse videri potest. Aristarchus versum eiici iubet. (cf. Lehrs quaestt. p. 116.) — Alia illis exemplis similia haec sunt: *Σοί* *Ψ*, 146. *Σπερχεῖ', ἄλλως σοίγε*

πατὴρ ἠρήσατο Πηλεύς, Κεῖσί με νοστήσαντα φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν, Σοί τε κόμην κερέειν, ῥέξειν θ' ἱερὴν ἑκατόμβην: ubi, quum pronomen orthotonumenon antecedat, nisi verborum ordo mutatus esset, accentus inclinari deberet: coniunctio enim τί non ad pronomen referendum est. Sed Spitznerus interpunctionem ante σοί τε omisit, recte, ni fallor, quia accusativus μέ subiectum infinitus κερέειν est: in alteram igitur classem, de qua paullo infra dicemus, hoc exemplum referri debebit. β, 82. Σεῦ Z, 410. ἐμοὶ δέ κε κέρδιον εἴη, Σεῦ ἀφαμαρτούσῃ χθόνα δύμεναι et Z, 77. πάντας ἐπὶ πρύμνῃσιν ἀλήμεναι υἷας Ἀχαιῶν, Σεῦ ἐπιδευομένου) —: ubi tamen etiam propter sensum pronomen ὀρθοτονεῖσθαι videtur. ἡμῖν O, 720. Ψ, 133. ω, 126. 168. quo loco nonnullis fortasse pronomen maiore quadam vi positum esse videbitur. ὑμῖν ι, 16. ἡμέας β, 243 et 85 ubi pronomen propter sensum primariam sedem occupasse veri est similius. — Sed etiam ubi sententia nullis interpunctionibus distincta binis versibus continetur, *pronomina absoluta*, *si in prima parte alterius versus collocantur*, *in hexametris dactylicis semper* ὀρθοτονοῦνται: ut iis, quae orthotonesin numquam admittunt, μοῦ, μοί, μέ, μίν principalis versuum locus prorsus negatus sit. Uno loco (λ, 288) legitur quidem οὐδέ τι Νηλεὺς (!) Τῷ ἐδίδου, ὃς μὴ ἕλικας βοῦς — ἐλάσειε: sed pro indefinito pronomine demonstrativum ponendum est, quem pronominis demonstrativi usum Nitzsch. ad Od. II, 114. illustravit, qui tamen de hoc loco, in quo nunc versamur, parum recte iudicat: nam de Od. II, 114. τῷ ὅτεῳ τε etc. ita loquitur: *Man könnte versucht werden, das zeigende* τῳ *vor dem unbestimmten* ὅστις *in das unbestimmte* τῷ *zu verwandeln* (XI, 289); *allein* etc. Quibus ex verbis etiam Nitzschium apparet λ, 288. legere τῳ ἐδίδου, quod in Homericis carminibus ferri posse negamus*). Quando igitur pronomina absoluta in sententia continuata principia versuum obtinent, semper suo accentu notari debent, *interpunctiones* autem omnibus locis, sunt vero non valde frequentes, in alterutro versu *non procul a pronominibus* absunt. Sed ne in singulis exemplis recensendis locum interpunctionum accuratius significantes diutius commoremur, veteres grammaticos, qui viginti quatuor tempora (χρόνους) hexametro dacty. contineri docent,

---

*) Hesiodeum (Ἔργ. 55) σφὶν δ' αὐτοῖς μέγα πῆμα, quod Apollon. de pron. p. 125 affert, ab hoc exemplorum genere diversum est, quum a pronomine etiam sententiae pars incipiat. Sed σφίν, quod Apollonius ceterique grammatici semper inclinari consensu docent, ὀρθοτόνως scriptum vehementer offendit. Nam Herodianum ipsum (Bekk. Anecd. p. 1145) σφί inter ea recensere, quae utramque τόνωσιν habent, parum est credibile: quae vero Thierschius in Grammat. p. 328, n. 9. ex Homeri carminibus affert exempla, ea de orthotonesi pronominis nihil probant. Tamen Grammatico nobilissimo de Hesiodeo quidem loco concedendum esse putamus: quamquam quod εὐλόγως ὀρθοτονεῖσθαι dicit ἀντωνυμίαν ἐν ἀρχῇ τεθεῖσαν assentiri nequimus: nisi quis etiam μίν, σφωέ, similia pronomina, quae orthotonesin numquam recipiunt, in sententiarum et versuum principiis collocari posse suisque notari accentibus dicere vult.

secuti notas tantum numerorum apponemus, ut alterum sigillum, ubi in priore versu, alterum ubi in insequenti distinctio, posita sit, ostendat. *Σεῦ*: Z, 408. *οὐδ' ἐλεαίρεις Παῖδά τε νηπίαχον καὶ ἔμ' ἄμμορον, ἣ τάχα χήρη Σεῦ ἔσομαι· τάχα γάρ σε τκἑ.* (interpunctiones post XVI. et VI. tempus) de quo versu Spitznerus ad Il. II, 27. non recte videtur iudicare. Ω, 370. *ἀλλ' ἐγὼ οὐδέν σε ῥέξω κακά, καὶ δέ κεν ἄλλον Σεῦ ἀπαλεξήσαιμι· φίλῳ δέ σε πατρὶ ἐΐσκω.* (post XVI. et XI. t.) *Σοί* Δ, 37. *ἔρξον, ὅπως ἐθέλεις· μὴ τοῦ τό γε νεῖκος ὀπίσσω Σοὶ καὶ ἐμοὶ μέγ' ἔρισμα μετ' ἀμφοτέροισι γένηται:* sed ibi nonnulli fortasse pronomen propter significationem non inclinari dicent, praesertim quum in priore versu iam post decimum tempus, in altero demum post extremum vocabulum interpungatur: *συμπλοκὴν* vero ibi orthotonesin non efficere Apollonius docet de pron. p. 50, B. Maiore cum vi ab initio collocatum est *οἷ* I, 305. *ἐπεὶ οὔ τινά φησιν ὁμοῖον Οἷ ἔμεναι Δαναῶν, οὓς κτἑ.* Π, 46. *ὣς φάτο λισσόμενος, μέγα νήπιος· ἦ γὰρ ἔμελλεν Οἷ αὐτῷ θάνατον καὶ κῆρα λιτέσθαι.* λ, 432. *ἡ δ' ἔξοχα λυγρ' εἰδυῖα Οἷ τε κατ' αἶσχος ἔχευε καὶ ἐσσομένῃσι Θηλυτέρῃσι γυναιξί:* quibus in locis pronomen *οἷ* etiam quia ad subiectum refertur accentum deponere non potuit: in tertio exemplo praeterea *συμπλοκή* orthotonesin effecit. *Ἡμῖν* et *ὑμῖν*, quae nonnumquam *ἀπολύτως* posita hexametri prima vocabula sunt, ultimam tum semper producunt, unde tenorem inclinatum non esse apparet. Et *ἡμῖν* quidem ita legitur γ, 55. *κλῦθι, Ποσειδάων γαιήοχε, μηδὲ μεγήρῃς Ἡμῖν εὐχομένοισι τελευτῆσαι τάδε ἔργα* (in priore versu post XVI. tempus distinguitur, in altero nulla est interpunctio.) ϑ, 565 et ν, 173... *ὃς ἔφασκε Ποσειδάων ἀγάσασθαι Ἡμῖν, οὕνεκ' κτἑ.* (interp. post VI. vel post XI. t. [post *ἔφασκε*] et in altero versu post IV. t.) ι, 52. *τότε δή ῥα κακὴ Διὸς αἶσα παρέστη Ἡμῖν αἰνομόροισιν, ἵν' κτἑ.* (post VI. et XI t.) π, 311. *ἀλλ' οὔτοι τόδε κέρδος ἐγὼν ἔσσεσθαι ὀΐω Ἡμῖν ἀμφοτέροισι· σὲ δέ* — (in priore versu nulla distinctio est, in altero post XI t.) φ, 364 *εἴ κεν Ἀπόλλων Ἡμῖν ἱλήκησι καὶ ἀθάνατοι θεοὶ ἄλλοι* (post XVI t., in altero versu post extremum vocabulum distinguitur.) Propter *ἀντιδιαστολὴν ἡμῖν* recto accentu scribendum est Ξ, 480. *οὐ θην οἴοισίν γε πόνος τ' ἔσεται καὶ ὀϊζὺς Ἡμῖν, ἀλλά ποθ' ὧδε κατακτανέεσθε καὶ ὕμμες* et fortasse etiam η, 201. *αἰεὶ γὰρ τὸ πάρος γε θεοὶ φαίνονται ἐναργεῖς Ἡμῖν, εὖτ' ἔρδωμεν* — (nobis, non aliis cf. Nitzsch. T. II, p. 155), — *Ὑμῖν* H, 31. *ὕστερον αὖτε μαχήσοντ' εἰσόκε τέκμωρ | Ἰλίου εὕρωσιν, ἐπεὶ ὣς φίλον ἔπλετο θυμῷ Ὑμῖν ἀθανάτῃσι, διαπραθέειν τόδε ἄστυ.* (post X. et XI. t.) Neque ea exempla, in quibus *ἡμέων, ἡμέας*, similes formae ab initio versuum leguntur, praetermitti posse existimavimus*). *ἡμέων* Λ, 317. *ἤτοι ἐγὼ μενέω καὶ πλήσομαι· ἀλλὰ μίνυνθα*

*) Sic etiam Apollonius, ut pronomine post interpunctionem *ὀρθοτονεῖσθαι* ostenderet, loco usus est, in quo *ἡμέας* legitur Λ, 694 cf. quae de inclinatione harum formarum disputavimus Archiv für Philol. u. Paedag. T. I, p. 541 seq. et Lehrs quaestt. p. 123.

Ἡμέων ἔσσεται ἦδος, ἐπεὶ — Ζεὺς Τρωσὶν δὴ βόλεται δοῦναι κράτος ἠέπερ ἡμῖν (p. XVI. et XI. t.): de oppositione personarum vix cogitandum est. *ἡμέας* π, 318. ἀνδρῶν δ' οὐκ ἂν ἔγωγε κατὰ σταθμοὺς ἐθέλοιμι *Ἡμέας* πειρατίζειν, ἀλλ' ὕστερα — (in priore versu interpunctio non invenitur, in altero post decimum tempus.) τ, 383. ὦ γρηῦ, οὕτω φασίν, ὅσοι ἴδον ὀφθαλμοῖσιν Ἡμέας ἀμφοτέρους, μάλα εἰκέλω ἀλλήλοιϊν (post XI. et X. t.) χ, 263. μνηστήρων ἐς ὅμιλον ἀκοντίσαι, οἳ μεμάασιν Ἡμέας ἐξεναρίξαι ἐπὶ προτέροισι κακοῖσιν. (post XVI. tempus interpungitur; alter versus in ipso exitu distinctionem habet. Discretivum videtur, pronomen esse Θ, 210. οὐκ ἂν ἔγωγ' ἐθέλοιμι, Διὶ Κρονίωνι μάχεσθαι Ἡμέας τοὺς ἄλλους, ἐπειὴ πολὺ φέρτερός ἐστιν. (Spitzn. ante *Διί* non distinguit.)

Ὕμμι, ἄμμε, νῶϊν, νῶϊ eadem ratione, quamquam pronomen ad alia vocabula non referatur, in primo versus pede collocari, quum ab inclinatione tenoris aliena sint, etiam minus mirabimur, ὔμμ' ρ' 240. Νύμφαι κρηναῖαι, κοῦραι Διός, εἴποτ' Ὀδυσσεὺς Ὕμμ' ἐπὶ μηρί' ἔκηε, καλύψας πίονι δημῷ. (post XVI. et XI. tempus) *ἄμμε* Η, 291. ὕστερον αὖτε μαχησόμεθ', εἰσόκε δαίμων *Ἄμμε* διακρίνῃ, δώῃ δ' — (post XVI. et X. t.): Quae verba cf. 377 et 396 repetuntur. X, 72. οὐδοῦ ἄπο ξεστοῦ τοξάσσεται, εἰσόκε πάντας *Ἄμμε* κατακτείνῃ· ἀλλὰ (post XVI. et X. t.) *νῶϊν* χ, 251. Τηλέμαχ', ἦ μάλα δή τις ἐνὶ μεγάροισι γυναικῶν *Νῶϊν* ἐποτρύνει πόλεμον κακόν, ἠὲ Μελανθεύς: interpunctiones iusto longius inter se distant: sunt enim post IV. et XVI. tempus. *νῶϊ* υ, 49. εἴπερ πεντήκοντα λόχοι μερόπων ἀνθρώπων Νῶϊ περισταῖεν, κτεῖναι μεμαῶτες Ἄρηϊ. (alter nullam habet distinctionem, alter post decimum tempus.)

Iam reliquum est, ut, quae de *pronomine* *αὐτός* observaverimus, paucis exponamus. Casus obliqui pronominis *αὐτός* quamquam, ubi Latino *is* respondent, ab encliticis ἕο, οἷ, ἕ fere non differunt, tamen a primo versus loco apud Homerum non prorsus excluduntur. Rara esse exempla nemo mirabitur et pleraque quidem iam Hermannus praeoccupavit (de pron. *αὐτός* Opuscul. T. I, p. 331) Ξ, 365. π, 369. hymn. Apoll. 345. His adde Π, 559. ἀλλ' εἴ μιν ἀεικισσαίμεθ' ἑλόντες, Τεύχεά τ' ὤμοιϊν ἀφελοίμεθα, καί τιν' ἑταίρων *Αὐτοῦ* ἀμυνομένων δαμασαίμεθα. Quod vero Hermannus his exemplis effici dicit, nusquam apud Homerum saltem *αὐτόν* enclitum fuisse, id viro doctissimo assentiri nequeo. Nam tribus in locis *αὐτοῦ* et *αὐτῷ* leguntur, quas formas numquam accentum inclinare, grammatici consensu docent: *αὐτόν* autem, quod π, 369. in prima hexametri parte collocatum est, optime potest comparari cum aliis pronominibus absolutis, quae, si interpunctiones non multum ab iis distant, eo in loco poni ostendimus. *Αὐτός* ubi *ipse* significet, frequentissime ab initio et versuum et sententiarum legi, non est quod moneamus: unus tamen locus propter verborum ordinem

satis notabilis visus est. *X*, 82. *Ἕκτορ τέκνον ἐμόν, τάδε τ' αἴδεο καί μ' ἐλέησον Αὐτήν! εἴποτέ τοι λαθικήδεα μαζὸν ἐπέσχον.*

Sic quod Apollonius aliique grammatici (vid. p. 1.) pronomina propter *τόπον ὀρθοτονεῖσθαι* dicunt, etiam de principiis hexametri dactylici valere, ne non satis plane atque aperte explicuerimus, non veremur, multoque magis verendum esse existimamus, ne in tam exilibus rebus nimis verbosi fuerimus lectoresque per tristissimas regiones nimis magnum nobiscum iter emetiri coegerimus. Quod ut nobis benigne condonetur, eo vehementius est orandum, cum, parvo tantum quietis tempore concesso, eos, qui nos aequo animo usque ad hunc locum comitati sunt, in viam aeque laboriosam nec magis fructuosam vocare audeamus.

(Reliqua dissertationis pars proximo fasciculo inseretur.)

Miscellen zur Geschichte der alten Astronomie.

Vom Consistorialrathe Dr. *Schaubach* zu Meiningen.

III.

Der Professor von Bohlen zu Königsberg hat kurz vor seinem Hinscheiden in Beziehung auf seine Schrift: „*Das alte Indien, mit besonderer Rücksicht auf Aegypten.* 2 *Theile. Königsberg* 1830 —31", mein Urtheil über Colebrooke's Ansicht von der indischen Astronomie von mir verlangt. Was ich ihm persönlich nicht mehr mittheilen konnte, füge ich hier meinen früheren Bemerkungen über Hipparch und Ptolemäus in einem kurzen Nachtrage bei.

Mein Urtheil steht bereits in der Allg. Lit. Zeitung, April 1830, St. 103 abgedruckt und daraus im Auszuge im Allg. Anz. d. D. 1837, Nr. 149 (vergl. Götting. gel. Anz. 1837, St. 62, 63). Nach eingezogener Erkundigung von Königsberg erfahre ich aber, dass v. B. nur meine beiden Abhandlungen über die indische Astronomie in den Comm. recent. Soc. reg. scient. T. I. und II. der Götting. Societät gekannt hat, dass die übrigen Nachträge ihm aber nie zu Gesicht gekommen sind.

Ich sehe mich also veranlasst, hier noch einmal meine früheren Bemerkungen zu wiederholen.

Von Bohlen behauptet in seiner Schrift zwar einigemal, aber immer nur ganz kurz und im Allgemeinen, dass Colebrooke die indische Astronomie unmittelbar von den Griechen in der älteren Zeit ableite, und zwar aus *inneren Gründen.* Seine Ansicht besteht aber in Folgendem.

Ein Mitglied der Societät zu Calcutta, John Bentley, hatte in den Asiatic Researches (Vol. 6. London 1801, Nr. XIII.) eine Abhandlung eingerückt. *On the antiquity of the Surya-Siddhanta and the formation of the astronomical Cycles therein contained.*

Gegen diese richtete späterhin Colebrooke eine andere Abhandlung: „*On the Notions of the Hindu Astronomers concerning the Precession of the Equinoxes and motions of the Planets*“ (As. Res., Vol. 12, Nr. VI). Bentley geht in seinen Untersuchungen darauf aus, ebenfalls durch *innere* Gründe, die mögliche Entstehung der ungeheuren Cyklen zu zeigen, welche man eine lange Zeit hindurch als Beweise eines hohen Alterthums der *wissenschaftlichen* Cultur unter den Indiern gebraucht hat. Zugleich sucht er darzuthun, dass Varaha Verfasser der *Surya-Siddhanta* sei, welche für göttliche Offenbarung galt und überall als erste und fast einzige Autorität in der Astronomie angeführt wird. Da ein Volk, welches die Präcession nur für ein Schwanken der Koluren innerhalb einer geringen Anzahl Grade hält, nicht auf Erfahrungen von Millionen Jahren Anspruch machen darf, da die Grenzen (oder vielmehr nur der angenommene Anfangspunct) dieses Schwankens mit den Zeiten Varaha's (499 p. Chr.) zusammentreffen; da man ferner bei den Arabern nicht blos, wie bei den Indiern, den *Gebrauch* der Sinus, sondern bei Albategnius auch die *Entstehung* derselben aus den Sehnen des Ptolemäus bemerkt (auf welchen Umstand ich nicht so viel Bedeutung hätte legen sollen, nach v. B.'s Meinung); da endlich die indische Planetentheorie ganz unzweideutig die griechisch-arabische ist, wobei Ptolemäus' Tafeln zum Grunde liegen, so glaubte ich mit Grund schliessen zu dürfen, dass *die astronomischen* Kenntnisse um die Zeit Varaha's von den Arabern zu den Indiern gekommen sind. Colebrooke findet nun auf einem andern Wege ebenfalls den griechischen Ursprung der indischen Astronomie, glaubt aber, dass die Brahminen unmittelbar von den Griechen, und zwar lange *vor* Varaha, ihre Kenntnisse erhalten und dieselben den Arabern mitgetheilt hätten. Die Möglichkeit lässt sich bei dem Verkehr beider Völker seit Alexander's Zeit nicht abläugnen, dass die Indier nach und nach mit griechischen Mythen und Philosophemen bekannt geworden sind. Anders verhält es sich aber mit der Astronomie, wie dieselbe in Ptolemäus' Syntaxis erscheint. Schon längst musste man wünschen, dass noch mehrere Schriften im Sanskrit aufgefunden und benutzt würden. Dieses ist von Col. geschehen. Er lässt den Untersuchungen Bentley's, welche er scharfsinnig (*ingenious essays*) nennt, und den darin aufgestellten *inneren* Gründen Gerechtigkeit wiederfahren. Seinen übrigen Behauptungen glaubt er aber aus andern Schriften Einwendungen entgegenstellen zu können, besonders der, dass Varaha Verfasser der *Surya-Siddhanta* sei. Col.'s Nachrichten, so interessant sie auch sind und so wichtig die Benutzung neuer Quellen ist, geben indessen kein bestimmteres Resultat, sondern es muss auch hier eine Wahrscheinlichkeit der andern entgegengesetzt werden. Eine Behauptung der Indier widerspricht der andern, die Scholien, welche sich fast bei jeder Handschrift finden, dem Texte; ja diese Glossen scheinen das Schicksal aller Scholien gehabt zu haben, dass von unbekannten Händen Zu-

sätze und Veränderungen gemacht worden sind, welche die Kritik nicht leicht wird entdecken und sondern können, besonders, weil durch Eitelkeit und sonderbaren Nationalstolz absichtlich Altes und Neues vermischt worden ist. Diess ist die einstimmige Klage aller Mitglieder der Societät zu Calcutta in den Asiatic Researches. Col. hält sich zunächst an Bhascara, einen Astronomen, um das Jahr 1150 p. Chr., dessen Alter hinlänglich bekannt sei und von welchem man einen vollständigen Cursus der Astronomie habe. Zwei andere, Brahma-Gupta und Aryabhatta, werden nur als früher lebend angegeben. Brahma-Gupta's Alter wird nur dadurch bestimmt, dass er sich auf Varaha und andere, namentlich auf Aryabhatta, beruft. Dieser ist vorher noch nicht genannt worden, und wird hier blos im Allgemeinen und unbestimmt für älter, als Albategnius angegeben, also nur vor das Jahr 880 unserer Zeitrechnung gesetzt. Die Autoritäten, auf welche sich Col. stützt, reichen folglich nicht über die Zeit der Araber hinaus. Brahma-Gupta erklärt sogar ausdrücklich, *dass in der Astronomie Offenbarungen nur so lange gelten könnten, als die Erfahrungen sachkundiger Männer damit übereinstimmten*, und Bhascara verwirft dieselben geradezu. Diese Aeusserungen deuten daher auf allmählige Veränderungen, auch wo dieselben nicht angegeben sind, und verhindern jeden bestimmten Beweis gegen Bentley's Behauptung. Derselbe sucht nämlich zu zeigen, dass die *Surya-Siddhanta* Varaha's Werk sei, unter andern auch aus dem Grunde, weil dieselbe früher in einigen Schriften seinen Namen führe, und mit den Angaben einer andern Schrift Varaha's, Jatok Arnob, welche ihm ohne Widerspruch beigelegt werde, zusammenstimme *). Col. glaubt dagegen, dass dieses Werk (denn offenbar soll es dasselbe sein, welches er unter dem Titel „*Jatac arnava*" von Varaha anführt) *nicht unwahrscheinlich* (also doch nicht mehr) einem andern Astronomen (welchen?) angehöre, und Varaha mit Unrecht (*improperly*) zugeschrieben werde. Brahma-Gupta citire, sagt er, die *Surya-Siddhanta* und Varaha, jedes besonders, ja die *Surya-Siddhanta* werde von Varaha in einer seiner ohne Widerspruch echten Schriften (*in his most undoubted work*) in der *Varahi-Sanhita* angeführt. In derselben soll Varaha behaupten, „ein Astronom müsse alle *Siddhanta's* studiren, unter andern auch die *Saura-Siddhanta*." Es fragt sich also, ist *Saura* und *Surya* einerlei? Colebrooke behauptet dieses, Davis dagegen schon früher das Gegentheil. Der Widerstreit ist indessen älter und von den Brahminen selbst veranlasst worden. Bhascara nämlich nimmt in einer Stelle über die Präcession, von welcher Col.'s ganze Untersuchung ausgeht, beide Aus-

*) Beide Schriften sind ganz übereinstimmend, so dass z. B. bei den mittleren Bewegungen der Planeten in der S. S. die Werthe nur in ganzen Zahlen angegeben, in J. A. hingegen auch noch die Brüche hinzugefügt sind.

drücke für einerlei. Da nun Bhascara's Citate aus der S. S. und die Werthe für die Präcession mit dem noch vorhandenen Texte derselben nicht übereinstimmen, so erklärt der Commentator der S. S. Munjala die Ausdrücke *Surya* und *Saura* für verschieden, statt dass der Scholiast von Bhascara, Maniswara, seine Zuflucht zu Veränderungen im Texte und zu kritischen Conjecturen nimmt, um das Missverständniss aufzuhellen. Col. erklärt überdiess die S. S. für dunkel und behauptet, „sie werde eigentlich keinem Verfasser zugeschrieben (diess durfte aber auch wohl nicht geschehen, wenn sie, wenigstens bei dem grösseren Publicum, für Offenbarung gelten sollte), der Name sei alt, aber die Schrift selbst, wie mehrere dieser Art, wahrscheinlich modernisirt (modernised)." Das Resultat bleibt also immer, dass der Text derselben, wie ihn Davis und Bentley vor Augen hatten, wenigstens grösstentheils aus Varaha's Zeit abstamme, die frühere Grundlage mag gewesen sein, welche sie wolle.

Eine directe Nachweisung für Bentley's Behauptung gibt aber die Geschichte der Präcession. Diese ist unbestritten Hipparch's und Ptolemäus Entdeckung. Aus derselben ist der *motus trepidationis* oder *octavae Sphaerae* hervorgegangen, welcher im Mittelalter bis auf Tycho, als Gleichung bei der Bewegung der Fixsterne galt, und von welchem gewöhnlich Thebit ben Corah als Erfinder genannt wird. Bei derselben musste in der Folge immer eine grössere Periode angenommen und die Grenze weiter hinausgerückt werden, weil die Erfahrung die Hypothese nicht bestätigte, wodurch viel Verwirrung entstand. Der Rabbine Ishac Hazan, einer der Verfasser der alphonsinischen Tafeln im 13ten Jahrhunderte, nahm eine Periode von 7000 Jahren an, verband damit noch die fortgesetzte Bewegung der Fixsterne durch die ganze Ekliptik und selbst die Idee von Moses *Sabbats-* und *Jubeljahr*, und bildete so mit den Zahlen der Kabbala ohne alle Erfahrung eine Periode von 49,000 Jahren. Nach einer Erzählung von Augustinus Ricius *) soll Ishac sogar gelehrt haben, dass die Gestirne seit Timocharis und Aristyllus eine Bewegung *nach* der Ordnung der Zeichen, vorher aber eine *entgegengesetzte* gehabt hätten, und setzt hinzu, „Hermes habe 1985 Jahre vor Ptolemäus, z. B. den Stern *Wega* (α Lyr.) im 24. Grade des Schützen und *Alphard* (α Hydr.) im 7. Grade des Löwen gefunden", wo beide Sterne zwar mit Anwendung von Ptolemäus Präcession (einen Grad in 100 Jahren) nach der Hypothese der Trepidation ohngefähr hingesetzt werden *müssten*, wo sie aber nach Theorie und Erfahrung damals nicht stehen *konnten*.

---

*) Einem Schüler Abraham Zachut's, am Ende des 15. Jahrhunderts. Seine jetzt seltene Schrift ist von Orontius Fineus herausgegeben, unter dem Titel: „*De motu octavae sphaerae, opus mathematica atque philosophia plenum, in quo quam plurima Platonicorum et antiquae magiae, quam Cabalam Hebraei dicunt, dogmata videre licet intellectu suavissima*" (Paris 1521).

Um zu zeigen, dass die Vorstellung von dem Schwanken der Koluren von den Indiern zu den Arabern übergegangen sei, beruft sich Col. nach Riccioli's nicht immer zuverlässigem Zeugnisse auf Albategnius. Dieser scheint (de sc. stell. c. 52) eine Hypothese der Art aufzustellen. Die Uebersetzung aber von Plato Tiburtinus, aus welcher allein wir Albategnius' Ansichten und Lehrsätze beurtheilen können, ist dunkel und unbestimmt. Es wird in dieser Stelle behauptet, dass nach Ptolemäus Zeugniss einige Autoren *vor ihm* die Präcession in 80 Jahren auf einen Grad gesetzt hätten (bald darauf werden 84 Jahre dafür angenommen), und dass die Bewegung 8 Grade vorwärts und eben so viel wieder rückwärts gehe. Von dieser Vorstellung findet sich in der Syntaxis des Ptolemäus nichts. Dagegen kommen in Ptolemäus' Handtafeln (*κανόνες πρόχειροι*, S. 53 ed. Halma) und in Delambre's histoire de l'astron. du moyen age, Paris 1819, genaue Auszüge, aus einigen bisher noch ungedruckten Schriften Theon's und Ebn Junis vor, welche ganz einfach zeigen, wie der motus trepidationis aus Ptolemäus' Lehre von der Präcession entstanden ist. Delambre nennt den Abschnitt *περὶ τροπῆς* in Pt. Handtafeln *un fait curieux et très-peu connu*.

Ptolemäus nahm bekanntlich eine Bewegung der Gestirne durch alle Zeichen an. Andere glaubten dagegen nur ein Schwanken der Koluren dabei zu bemerken, wie in einem Epicykel bei den Planeten, und zwar so, dass 128 Jahre vor August (also zu Hipparch's Zeit) die grösste westlichste Entfernung (*μετάβασις*) statt gefunden hätte, seit dieser Zeit gehe aber die Bewegung wieder vorwärts (*εἰς τὰ ἑπόμενα*), so viel als die Präcession betrage. Diese beträgt nach Theon in 80 Jahren einen Grad (und hat wahrscheinlich zu der Verwechselung mit Ptolemäus bei Riccioli Veranlassung gegeben), weil Pt. Fehler von 100 Jahren, welcher zu Theon's Zeit (365 p. Chr.) ohngefähr eine Vollmondsbreite betrug, und daher auch ohne grosse Schärfe leicht entdeckt werden konnte; das Maximum der Oscillation aber setzt Th. hypothetisch auf 8 Grade, wovon er das Resultat nicht erleben konnte. Auch Proklus, in dessen Zeitalter die Entscheidung gefallen wäre (fl. 448), wagt darüber noch kein Urtheil. Die Erscheinung ist ihm nur *τὸ πάντων παραδοξότατον* (Hyp. pag. 113 ed. Halma). Nach einigen Astronomen, sagt er, hätten die *τροπικὰ* zwar eine Kreisbewegung, aber doch auch eine Variation von einigen Graden (*κινεῖν καὶ αὖθις ὑποποδίζειν*, pag. 88). Die Präcession selbst setzt er, so wie später Alfraganus (fl. 850) wieder mit Pt. auf 100 Jahre für 1 Grad, Albategnius nimmt 66 Jahre, Arzachel (fl. 1075) 75 Jahre dafür an. Es scheint übrigens, als ob man im Mittelalter diese verschiedenen Angaben nicht für Fehler der Beobachtungen, sondern für eine wirkliche Ungleichheit in der Bewegung der Präcession gehalten habe (Reinhold, theor. nov. planet. S. 244 b).

Nach den Beobachtungen der folgenden Jahrhunderte war man

Auch mir fehlt es an Kraft aus dem Hause die Feinde zu jagen,
Du kehr' heim uns, o komm', Hülfe den Deinen und Schutz!
Denke, Du hast einen Sohn, ihn hättst Du in zartester Kindheit,
Dass er Dir ähnlich sei, lenken zum Guten gesollt.
Schau auf Laertes hin, dass einst sein Auge Du schliessest,
Jetzt noch hat des Geschicks endenden Lauf er gehemmt.
Wenigstens ich damals in der ersten Blüthe der Jahre
Werde, wenn Du heimkehrst, Mütterchen längst schon genannt.

Zu Hor. ep. I. 16.

Mit Beantwortung der Frage: was ist von dem Character des Quinctius zu halten? sowie mit Nachweisung des Zusammenhanges zwischen den zwei ungleichen Hälften der Epistel sind von **Jacobs** in den Lectt. Ven. die Hauptschwierigkeiten auf so befriedigende Weise gelöst worden, dass nur Weniges hinzuzusetzen sein dürfte. Wenn nämlich auch Quinctius in der Hauptsache gerechtfertigt da-

steht, und ihn der den früheren Auslegern so geläufige Vorwurf der avaritia so wenig trifft, als der speciellere, dass er hinter der Maske eines rechtlichen Mannes die Welt über seinen innerlichen Unwerth getäuscht habe: so scheint er mir doch an vorliegender Expectoration, zu deren Träger ihn der Dichter macht, nicht ganz unschuldig zu sein, vielmehr dieselbe durch die irrige Ansicht von dem, was beatus sei, veranlasst zu haben. Diese, wie es glaublich, nicht in den Ueberzeugungen des Quinctius wurzelnde, sondern ihm erst in Folge der Begünstigungen seiner äussern Lage gekommene Ansicht ist es, welche Horaz bestreitet und berichtigt, indem er ihr die sinnige entgegenhält, und hierzu sich v. 1—16 durch ein Gemälde seines eignen Glücks und seiner Zufriedenheit den Weg bahnt. Geht er jedoch bei Verfolgung dieses Lieblingsthema weiter, und bis zum stoischen Rigorismus, so hat er nur das Thema noch vor Augen, aber den Freund aus dem Gesichte verloren, welcher eine sothane Strafepistel — denn als eine solche erscheint sie bei der ersten Lesung allerdings — weder verdiente noch in ihren Details provocirt hatte.

Der Zusammenhang von v. 69 mit dem Vorigen enthält ausserdem noch eine dritte Schwierigkeit, welche die Ausleger, die mir zur Hand sind, entweder nicht anerkannt, oder nicht hinreichend beseitigt zu haben scheinen, wenn sie, wie Döring, sagen, der *avarus* v. 63 werde *captivus* genannt „ut desertor virtutis et servus pecuniae“, oder, wie Orelli, der captivus werde in fortgesetzter Allegorie mit dem dives avarus verglichen. Um meine Ansicht dieses V. im Zusammenhange darzulegen, sei es mir vergönnt, den Hauptinhalt der zweiten Hälfte des Gedichts in Kürze anzugeben.

Das Thema ist: quis est beatus? Die Antwort ist in einer zweiten Frage gegeben: quis est vir bonus et sapiens? Keiner ist jenes, sagt Horaz, der nicht dieses ist. Damit tritt er dem Wahne des Quinctius entgegen, der einerseits das beatus unabhängig dachte von sapiens et bonus und, seine eigene tiefere Ueberzeugung verleugnend, sein Ohr den Lobpreisungen des Volkes lieh, das ihn, den in Ueberfluss und Ehren Schwimmenden, glücklich pries, andrerseits nicht wohl begriff, wie Horaz auf seinem magern Landgütchen und in ländlicher Abgeschiedenheit sich glücklich fühlen könne. Der falsche Begriff, den der Freund mit dem beatus verbindet, veranlasst den Dichter, statt der Frage quis est beatus die andere quis bonus est et sapiens in den Vordergrund treten zu lassen. Die Erörterung derselben beginnt mit v. 41, nachdem er zuvor dargethan hat, wie nichtig das Gerede des Volks, wie nichtig jetzt seine Gunst und sein Lob, jetzt sein Tadel und sein Schmähen sei. Soll ich, sagt er zu diesem Zwecke, als solchen gelten lassen, den Mann von äusserer Legalität, der unter schimmernder Aussenseite und gedeckt von Amt und Würden, eine schwarze Seele birgt? — Die Antwort kann man sich am Beispiele des Sklaven abnehmen, der auf ähnliche Weise den äussern Schein bewahrt, aus

Furcht vor Ahndung zwar kein Verbrechen begeht, aber im Herzen ein Schelm ist, und, so oft sich Gelegenheit darbietet, als solchen sich ausweist. Sie lautet: jener Heuchler ist nicht besser als dieser Sklave, und verdient nicht mehr und nicht weniger als dieser, nämlich dass man ihn nicht geradezu stäupt und kreuzigt v. 46—56. Das Urtheil des Dichters über eine solche Scheintugend ist in v. 52 enthalten. — Jetzt kommen neue Züge, um den sogenannten vir bonus als Frevler, Gauner und Habsüchtigen zu characterisiren v. 57—62. Hierauf neue Parallele mit dem Knechte, um zu beweisen, 1) dass der avarus weder freier noch besser sei als dieser v. 63—68; 2) dass er nicht mehr und nicht minder als der Knecht verdiene, nämlich dass man ihn nicht geradezu todtschlägt. Den Knecht aber schlägt man nicht todt, weil er noch einen Verkaufspreis einbringen, weil er noch nützliche Dienste leisten kann v. 69—72. „Parce tamen capto, pretio cum vendere possis“ konnte Horaz sagen. Nur ist an die Stelle des servus in gleicher Bedeutung der captivus getreten, offenbar weil dieser Ausdruck sich besser an die im nächst Vorigen gebrauchte Kriegssprache anschliesst, sowie er andrerseits passend zu dem nachdrucksvollen Schlussgemälde hinüberleitet, worin Horaz an dem schöngewählten Beispiele des Bacchus captivus zeigen will, dass man auch in Banden ein vir bonus et sapiens sein könne v. 73—79. — Ich müsste mich sehr irren, wenn, dieses zu zeigen, nicht der Gedankengang des Dichters gewesen wäre. Die vom Bacchus hergenommene Instanz bringt die v. 40 aufgeworfene Frage: vir bonus est quis? zur endlichen und vollständigen Erledigung, und enthält einen um so schlagenderen Contrast, als dem hochgesinnten Bacchus in Banden in v. 41—43 und 57 ein niedriggesinnter, und doch in Staatswürden und Ansehen lebender Mann gegenübergestellt ist.

Vevey. *G. E. Köhler.*

Ueber die Oeconomie der Horazischen Ode Carm. 1. Ode 1.

Der Abbé Galiani (S. Jacobs Lectt. Venusin. p. 371) war, unsers Wissens, der Erste, welcher auf eine schickliche Anordnung aufmerksam machte, die Horaz in den von ihm angeführten Beispielen beobachtet habe. Eine solche Antiklimax ist allerdings nicht zu läugnen, und sie bleibt stehen, selbst wenn man die Worte *terrarum dominos* nicht mit Galiani, Garve und Jacobs von den Königen versteht, welche in Olympia mitkämpften, sondern mit Voss diese Worte auf *sunt quos*, und im Allgemeinen auf die Olympiensieger bezieht. Denn dieser Letzteren Ruhm stand jedenfalls hoch über dem einer römischen Magistratsperson, und Horaz selbst nennt sie Od. IV. 2, 17. nicht nur terrarum dominos, sondern geradezu

caelestes. Die vorgeschlagene Construction von v. 3—6 ist also diese: *sunt quos curr. pulv. Ol. coll. juvat et* [quos] *meta, ferv. rot. evitata palmaque nob.* [ut od. quasi] *terrarum dominos evehit ad deos.* — Fassen wir nun den Bau der Ode im Ganzen und Einzelnen ins Auge, so sondern sich erstens ganz natürlich von dem didaktischen Theil der Ode die zwei Anfangs- und die zwei Schlussverse ab, welche, zu einem Satze verbunden, die Anrede und Zueignung an Mäcenas enthalten. Dieser Rahmen umschliesst ein Gemälde der verschiedenen Bestrebungen der Menschen und der mannigfaltigen Wege, auf denen sie Ruhm oder Glück suchen. Dieses Gemälde (vs. 3—34) zerfällt in 9 Einzelbilder, welche in Hinsicht auf die Ausdehnung sowohl, als auf die Satzform, äusserst symmetrisch behandelt sind. Die einzelnen Gruppen sind folgende: 1) Die Olympiensieger (v. 3—6, sunt quos —) 2) Die römischen Magistrate (v. 7 u. 8, hunc si —) 3) Die röm. Staatspächter (v. 9 u. 10, illum si —) 4) Der Landmann (v. 11—14, in der Satzform eines partic., gaudentem), 5) Der Kaufmann (v. 15—18, partic. metuens), 6) Der Bon vivant (v. 19—22, est qui —), 7) Der Krieger (v. 23—25), 8) Der Jäger (v. 25—28) und 9) Der Dichter (v. 29—34). Die drei letzten Gruppen sind in Hauptsätzen ausgedrückt. — Wir sind weit entfernt, behaupten zu wollen, Horaz habe diese Symmetrie absichtlich befolgt, und sich, bevor er die Ode schrieb, gleichsam dieses Netz vorgezeichnet. Es ist diess ja vielmehr gerade das Eigenthümliche der Kunst, insonderheit der Dicht- und Tonkunst, dass der Künstler durch eine gewisse innere Nothwendigkeit ein symmetrisch und harmonisch gegliedertes Kunstwerk liefert, und dass der aufmerksame Beschauer sich oft dieser Symmetrie weit klarer bewusst wird, als der Künstler selbst im Momente des Schaffens sich derselben bewusst war. — In Hinsicht der Satzform zerfallen die Schilderungen unserer Ode in zwei Hälften, die eine (v. 3—18) durch *sunt quos*, die andere (v. 19—34) durch *est qui* eingeleitet. Das Ende kehrt harmonisch zum Anfang zurück. Das Glück des Dichters, wie das des Olympiensiegers, ist mehr ideell als reell, denn es ist Ruhm; beider Belohnung ist ein Kranz; beide stehen hoch über der Masse des gewöhnlichen Volkes, und erheben sich in höhere, übermenschliche Regionen. — Mit vollem Recht unterscheidet sich die letzte Schilderung von den übrigen durch grössere Ausdehnung; denn sie ist eigentlich die Hauptsache, sie enthält den Zweck der Ode, der kein anderer ist, als dem Mäcenas zu sagen: Von den verschiedenen Arten des Ruhmes und des Glücks, wornach Andere streben, ist keine mein Ziel. Mein Bestreben ist, des Dichterruhmes werth zu sein, und wenn Du, mein hoher Beschützer, mich desselben für würdig hältst, so habe ich den Gipfel meines Glückes erreicht.

Vevey. *Otto Wirz.*

Etymologieen aus dem zwanzigsten Jahrhundert.

Dass *abies* mit *apis* verwandt sei, wird wohl Niemand mehr, der das mehr individualisirte francogallische *abeille* betrachtet, verabreden. Das jenen beiden Wörtern gemeinschaftliche Samenkorn *ap*, zum Verbalstamm api in der römischen Sprache gebildet, vgl. aptus, coepio, daher wieder capio, rapio mit den versinnlichenden Palatinen und dem schnarrenden Lingualen, im Griech. ἅπτω, hat den Aoristbegriff *fügend*, daher die Biene wegen ihres Zellenbaues *die Fügende* und die Tannenfrucht wegen zellförmiger Zusammenfügung die *gefügte*, abies. Dass einige Gelehrten das ohne Zweifel *durch Guna* aus panis gebildete *pinus* in Verwandtschaft damit bringen wollten, können wir nicht billigen; es ist diess eine ganz andere dürftigere Wortfamilie, und nur den Scharfsinn jener in der Zusammenstellung der Begriffe können wir lobend anerkennen. Noch muss darauf hingewiesen werden, wie das Francogallische bei der Bildung seiner Wörter für die Begriffe *Biene* und *Tanne* den umgekehrten Weg einschlug, den seine stolze Mutter nahm: für jene nämlich nahm es von dem starren apis das schmelzreiche abeille, für diese von dem weichen abies das durch Hinzutreten eines Säuslers fest gewordene sapin.

Accipiter mit der onomatopöetischen Endung ter aus dem tara der Sanskrita ist, wie das teutsche Habicht von haben, gleicher Weise von *accipio*, welches hier zu *arripio* hinüberspielt, vgl. die vetterlichen acserso und arcesso, gebildet worden. Ueber die Bildung von Vögelnamen im arischen Sprachstamm, vgl. *L. Kürzlich* in den *Harpyien*, Stück II., S. 752.

Aerumna hat, wie unsere grössten Linguisten annehmen, mit *aes* nichts zu schaffen, stammt vielmehr von einem alten Korne ar oder har, welches sich zu einer vielverbreiteten Sprachwurzel des arischen Stammes ausgebildet hat und den Grundbegriff von *schlecht*, *hart*, vgl. unser neuhochteutsches *Hären*, *Harm* u. s. w. gehabt hat. Die dem Worte *Vertumna* analoge Bildung macht es nicht unwahrscheinlich, dass *Aerumna* zuerst der Name einer Gottheit des Uebels, *Shiwa* ähnlich, gewesen sei. Das *ae* vornen übrigens ist kein Umlaut, sondern *ächtes Wriddhi*. Ueber die Entwickelung endlich der nomina abstracta aus den Benennungen von Göttern, vgl. besonders *Fr. Lauterbach* de abstrahendo et concrescendo per nomina substantiva significato, p. 75.

Μισοχαρλάτανος.

ARCHIV

für

Philologie und Paedagogik.

Herausgegeben

von

Dr. *Gottfried Seebode*,

M. *Johann Christian Jahn*

und

Prof. *Reinhold Klotz*.

Siebenter Band. Drittes Heft.

Leipzig,
Druck und Verlag von B. G. Teubner.

1841.

Neue

JAHRBÜCHER

für

Philologie und Paedagogik,

oder

Kritische Bibliothek

für das

Schul- und Unterrichtswesen.



In Verbindung mit einem Vereine von Gelehrten

herausgegeben

von

Dr. *Gottfried Seebode*,

M. *Johann Christian Jahn*

und

Prof. *Reinhold Klotz*.



Siebenter Supplementband. Drittes Heft.



Leipzig,

Druck und Verlag von B. G. Teubner.

1841.

De pronominibus propter locum, quem obtinent, orthotonumenis.

Pars II.

Caput secundum.

De senario tragicorum.

Enclitica vocabula num in prima senariorum parte collocari possent, quum investigaremus, eadem nobis via, quam in priore disputationis parte ingressi sumus, ineunda esse videbatur. Primum igitur quam arte fabularum tragicarum conditores versus illos coniunxerint, ut appareat, exitus eorum considerabimus quibusque conditionibus nominativis pronominum, vocibus relativis, coniunctionibus, articulis, praepositionibus, quorum vocabulorum natura sese ad insequentia vel maxime inclinat, versus claudere liceat et num eius vocabuli, quod in exitu senarii legitur, vocalis extrema elidi possit, inquiremus. Deinde de prima senariorum parte dicemus et quando vocabula enclitica quaeque ab encliticis non multum differant, eum locum obtinere possint videbimus. Tum demum, quod est caput totius disputationis, pronomina in principiis senariorum posita recte in iudicium vocari poterunt.

§. 1. De vocabulis, quae quamvis cum verbis insequentibus artissime coniuncta sint, in exitu senarii poni possunt: de nominativis pronom., de relativis, coniunctionibus, atonis, praepositionibus, articulis: tum de elisis in fine senarii vocabulis agitur.

In trimetris non continuari numeros, inter omnes constat, quum singulorum fere versuum exitus et syllabam ancipitem exhibeant et hiatum. Quo magis miror viros doctissimos et Brunckium (cf. Matth. ad Eur. Phoeniss. 1120) et Porsonum ad Eur. Hec. 411. cogitasse nonnumquam de hiatu, quem in fine trimetri videre sibi sunt visi, removendo. Etiam Elmsleius, quamquam ad Eurip. Med. 362. p. 143 ed. Lips. sana de hac re praecipit, non totus ab ista liber

fuit opinione: id quod ex Hermanni adnotatione ad Soph. Ai. 1082 (ed. Brunck.) cognoscimus. Hermannus denique ipse ad Soph. Elect. 21 in extrema adnotatione, ubi pro *ὥς ἐνταῦθ' ἐμὲν, Ἴν' οὐκ ἔτ' ὀκνεῖν Καιρός* legi posse dicit *ὥς ἐνταῦθ', ἵνα Οὐκ ἔστ' ἔτ' ὀκνεῖν*, Cuiusmodi hiatus, inquit, est etiam apud Aesch. Prom. 792 *ἵνα Αἳ Φορκίδες*. At Hermannum quidem apparet de eo tantum vocalium concursu loqui, qui ne tum quidem a tragicis est evitatus, ubi versus senarii illis, quae diximus, vocabulis artissime connexi sunt.

Quamquam igitur nullam habet offensionem, si ultimum versus vocabulum in vocalem exit, eius, qui insequitur, senarii primum a vocali incipit, tamen trimetri nonnumquam ita sunt conformati, ut verba sensu ita consociata atque coniuncta, ut alterum sine altero ne cogitari quidem queat, alterum in fine unius versus, in principio insequentis versus alterum sint collocata: quam rem Matthiaeus praef. ad Eurip. T. I. p. XIV. fere idem valere dicit, ac si unum verbum in duos versus distrahatur. Quod tantum abest ut vitio vertamus elegantissimis carminum auctoribus ac suavissimis, ut artem quandam et gratiam in eo videre nobis videamus. Fac enim complures versus ita pronunciari, ut in singulorum versuum exitu, sensu si non plane absoluto, at haerente fere et pendente, recitantis vox paullisper subsistat: continuo aures non prorsus surdas ac rusticas eadem numerorum forma offendi videbis. At quanta existit suavitas, si verbis artificiose dispositis numeri variantur variique eorum fiunt ordines. Sed haec uno verbo monuisse sufficit: iam redeamus ad vocabula, quae, quamquam sensu sunt coniuncta, versu tamen dirimi possunt. Nonnulla de ea re iam alii disputaverunt, in quibus Hermannus imprimis est nominandus Element. doctr. metr. p. 119, ad Soph. Ai. 985 (965), Antig. 409. et Carolus Lachmannus l. l. Qui viri doctissimi etsi quae sit ratio eiusmodi versuum optime ostendunt, tamen nos acta agere fortasse non videbimur, si totam rem denuo pertractantes singulos versus recensebimus quaeque in iis valeant leges ostendemus. Ad quae verborum genera disputatio nostra pertineat, supra est dictum. Maiore autem in ea re tragicos usos esse libertate, quam Homerum, consentaneum est, quum hi fere familiaris colloquii speciem repraesentent versusque minus longo sit ambitu. Sic praepositiones et relativa vocabula, quibus extremam hexametri sedem negatam esse vidimus, senarios satis frequenter claudere infra ostendemus. Neque tamen pro arbitrio poetis tragicis haec vocabula eo, quo diximus, ordine disponere licuit: nam nisi versus, qui voculis illis tamquam fibulis artissime connectuntur, interpunctione vel ad finem unius vel ab initio alterius posita in minores particulas dividuntur, numeri ingrati existant necesse est. Veteres autem Graecos, qui etiam ubi severis poeticorum numerorum legibus coerciti non essent, orationem ad aurium iudicium elegantissime perpolierint, in carminibus asperitatem omnem summa diligentia non evitasse, quis est, qui credat? Et profecto in permagno versuum eius-

modi numero admodum rari versus apparent, qui, quum interpunctione non addita sensu tamen atque forma orationis copulati sint, minus bene in aures cadunt: at de his suo loco dicetur. Haec igitur lex valet, ut si vocabula, quae cum insequentibus versibus coniungenda sunt, extremam senarii sedem occupant, interpunctiones vel in fine eius versus, in quo verba illa leguntur, vel in prima parte versus insequentis, vel, id quod optimum est, utroque in loco ponantur.

Iam versus singulos in genera sua distributos producamus, et ita quidem, ut *nominativi pronominum* a verbis suis versu diremti agmen ducant. 1) *Nominativi pronominum* quando in extremo versu ponuntur, versus qui sequitur vel a verbo ipso incipit, vel ab alia voce, quae inter pronomen et verbum interposita est: diversa est enim ratio eorum versuum, in quibus nominativus pronominis verbo suo postpositus (cf. Soph. Ai. 993. 1262. Oed. R. 258. Elect. 534. Eur. Med. 1337. Hec. 1034) vel cum particula aliqua, quae subsequitur, coniunctus versum claudit. Sic σὺ δέ legitur Soph. Elect. 29. 448. Ai. 684. 1398. Oed. C. 1209. Aesch. Prom. 43. 963. 1035. Suppl. 753. σύ τοι Soph. Elect. 582. Aesch. Eum. 725. ἐγὼ μὲν οὖν Eur. Iph. T. 387. Herc. f. 1016. Eorum autem exemplorum, in quibus nominativi pronominum et verba solo versu disiunguntur, valde exiguus apud tragicos invenitur numerus. Apud Aeschylum *duo* tantum exempla me legere memini (Pers. 677. Choeph. 542): Euripidis fabulae *quatuor* suppeditant (Elect. 1152. Andr. 724. Heraclid. 551. 1045): apud Sophoclem *tredecim* leguntur. His omnibus in locis, quando in *priore versu nulla inest distinctio*, in altero vel post *primum iambum* distinguitur (Eur. Heracl. 1045. Aesch. Pers. 677) vel *in secundo* (Soph. Oed. R. 1138. Antig. 900. ἐπεὶ θανόντας αὐτόχειρ ὑμᾶς ἐγὼ Ἔλουσα, κἀκόσμησα, κἀπιτυμβίους Χοὰς ἔδωκα: quamquam de interpunctione post ἔλουσα posita dubitari licet), vel *in tertio* iambo (Oed. R. 857. Phil. 904) vel denique *post tertium senarii* pedem (Eur. Heracl. 551): longius remota tum distinctio non solet esse. Sin autem is *versus, qui a verbo incipit, sine ulla interpunctione decurrit*, is qui antecedit et nominativum pronominis continet, eam vel in *quinto iambo* positam ostendit (Soph. Phil. 426) vel *in tertio* Ai. 92. καί σε παγχρύσοις ἐγὼ Στέψω λαφύροις τῆςδε τῆς ἄγρας χάριν. nam quod ante genitivum τῆςδε legitur comma delendum est. Iam ubi *in utroque versu distinctiones inveniuntur*, in priore plerumque post *quartum iambum* distinguitur, in altero vel post *primum pedem* (Soph. Antig. 71) vel *in tertio* (Eur. Elect. 1152) vel etiam post *quintum iambum* (Soph. Trach. 463). Si in priore versu *quarti iambi* pedes interpunctione disiunguntur, in altero versu distinctionis nota vel statim post *primum* iambum adest (Eur. Andr. 724) vel in *secundo* pede (Oed. R. 1464), vel in *tertio* (Ai. 1109. Phil. 1365). In *tertio* iambo prioris, *secundo* alterius versus distinguitur Aesch. Choeph. 542. ἐκδρακοντωθεὶς δ'ἐγὼ Κτείνω νιν,

ὡς —. Duo restant loci, quorum numeri, quum distinctiones a nominativo pronominis remotiores sint, minus fortasse placebunt. Nam Soph. Elect. 1362. χαῖρ'· ἴσθι δ', ὡς μάλιστά σ' ἀνθρώπων ἐγὼ Ἤχθηρα κἀφίλησ' ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ distinguitur quidem vulgo post ἤχθηρα, sed mea sententia versus sine interpunctione scribendus est. In Sophoclis autem Trach. 49 interpunctio in altero versu non posita sub finem demum proximi senarii apparet: sed incommodum illud paullo minus ut sentiatur, distinctio in primo versu haud procul ab exitu facta efficit: δέσποινα Δηάνειρα, πολλὰ μέν σ' ἐγὼ Κατεῖδον ἤδη πανδάκρυτ' ὀδύρματα τὴν Ἡράκλειον ἔξοδον γοωμένην. Νῦν δ' —

Alterum exemplorum genus eos versus continere diximus, in quibus nominativi in extremo senario positi non *solo versu,* sed etiam *aliis vocibus interpositis* a verbis suis dirimerentur. Et haec quidem etiam apud Aeschylum et Euripidem satis sunt frequentia: leges vero, quas in priore genere de interpunctionibus valere vidimus, etiam in hoc rarissime violatae. Quum enim alter versus nullam distinctionem habet, is qui insequitur vel in *quarto* iambo incisus est: (Soph. Oed. C. 819 et Antig. 1042 οὐδ' ὡς μίασμα τοῦτο μὴ τρέσας ἐγὼ Θάπτειν παρήσω κεῖνον. εὖ γάρ — Sic Herm. scribit: Schaeferus melius verba μίασμα—τρέσας commatis includit.), vel iam in *tertio* (Soph. Elect. 1138. Eur. Heracl. 534 εὕρημα γάρ τοι μὴ φιλοψυχοῦσ' ἐγὼ Κάλλιστον εὕρηκ', εὐκλεῶς λιπεῖν βίον: de quo loco alii fortasse ut nos de Antig. l. l. iudicabunt. Ubi contra versus, qui nominativum pronominis subsequitur, cum priore minus est coniunctus interpunctione, haec ab antecedentis versus fine non procul abesse solet: sic post *quintum* iambum distinctum est Soph. Antig. 39. τί δ', ὦ ταλαῖφρον, εἰ τάδ' ἐν τούτοις, ἐγὼ Λύουσ' ἂν ἢ 'φάπτουσα προσθείμην πλέον; in *quinto* pede Ai. 1370. Eur. Alcest. 411: *post quartum* Oed. C. 1444. Aesch. Sept. cf. Theb. 249: in *quarto iambo* Oed. C. 1173. Eur. Suppl. 1044. Iph. T. 723. frag. dub. XIX., p. 442. Aesch. Prom. 684. 958. Pers. 613; *post tertium* Eur. Med. 1056: *in tertio* Soph. Oed. R. 1379. Elect. 1351. Antig. 1092. Eur. Rhes. 392. Hippol. 722. His locis addimus Aesch. Agam. 1672, ubi pronomen in versus trochaici parte extrema positum interpunctione a vocabulis antecedentibus dirimitur et cum insequenti versu coniungitur. Μὴ προτιμήσῃς ματαίων τῶνδ' ὑλαγμάτων· ἐγὼ Καὶ σὺ θήσομεν κρατοῦντε τῶνδε δωμάτων καλῶς. Minus elegantes numeri videntur esse in Aesch. Eumenid. 873: τῶν ἀρειφάτων δ' ἐγὼ Πρεπτῶν ἀγώνων οὐκ ἀνέξομαι τὸ μὴ οὐ Τήνδ' ἀστύνικον ἐν βροτοῖς τιμᾶν πόλιν: quamquam enim priore in versu distinctio in tertium iambum cadit, tamen, quod duo insequentes senarii unam verborum continuationem continet, valde displicet, praesertim quum, qua de re infra dicetur, in clausula alterius versus unum ex iis vocabulis positum sit, quae connectendis versibus maxime apta sunt.

Restat ut de iis locis dicamus, in quibus, nominativo prono-

minis in uno, verbo in altero versu posito, neuter versus interpunctione caret. Interpunctiones igitur quando post *quintum* iambum prioris versus ponuntur, in altero senario in *tertio* pede apparent: Eur. Iph. A. 1041 et, ubi sane de distinguendi ratione dubitari licet, Suppl. 733: νῦν τήνδ' ἄελπτον ἡμέραν ἰδοῦσ', ἐγὼ Θεοὺς νομίζω, καὶ δοκῶ — Interpunctione in *quinto iambo* posita, versus qui subsequitur in *tertio* distinctionem habet: Aesch. Prom. 506. ὡς ἐγὼ Εὔελπίς εἰμι, τῶνδέ σ' ἐκ δεσμῶν ἔτι Λυθέντα μηδὲν μεῖον ἰσχύσειν Διός: ubi Wellauerus minus recte comma ante τῶνδε omisit, ante μηδέν posuit. Ubi *post quartum iambum* distinguitur, in altero versu vel *in tertio pede* interpunctionis nota posita est (Soph. Oed. C. 77. 850. Eur. Suppl. 1235. Alcest. 335) vel *in quarto* Oed. C. 903. *Quarto pede* prioris versus distinctione diviso, qui subsequitur vel *in tertio iambo* (Soph. Ai. 31. Elect. 27. Aesch. Agam. 38) vel *post tertium* (Eur. Cycl. 426) vel *post quartum* distinguitur (Soph. Trach. 1062). Frequentissime, quod nemo mirabitur, interpunctioni in *tertio pede* locus est: tum vero in *altero versu* vel in *secundo* iambo interpungitur (Aesch. Choeph. 542) vel *in tertio* (S. Oed. R. 317. Eur. Hel. 53) vel *post tertium* (Eur. Cycl. 340) vel *in quarto* (Soph. Trach. 86. Oed. C. 1062. Eur. Hippol. 968.) vel etiam *in quinto* Oed. R. 966. Sed interpunctiones etiam remotiores esse possunt, vel post *primum iambum* (Eur. Troad. 868. Aesch. Prom. 974) vel *in secundo* (ibid. 455): quod ubi factum est, in altero versu distinctionem in *medio pede tertio* positam videmus. Eur. Elect. 82 Πυλάδη, σὲ γὰρ δὴ πρῶτον ἀνθρώπων ἐγὼ Πιστὸν νομίζω καὶ φίλον, ξένον τ' ἐμοί., melius fortasse comma, quod est ante ξένον, tollemus. — Ex his igitur, quae diximus, certis tantum conditionibus nominativos pronominum in clausula senarii poni satis apparet.

2) *De vocabulis relativis aliisque coniunctionibus.*

Relativa et *pronomina* et *adverbia* atque *coniunctiones*, quibuscum propter similitudinem quandam, quae intercedit, etiam interrogativa coniunximus, quum fere semper distinctionibus a reliqua oratione dirimantur, saepissime in exitu senariorum legi, nemo sane mirabitur. *Pronomen ὅς apud solum Sophoclem*, idque satis frequenter, in extrema versus regione positum binos senarios connectit: apud *Euripidem* et *Aeschylum*, quorum in fabulis etiam pronomina ὅσος et ὅστις rarissime ita usurpata sunt, *nullum eiusmodi exemplum invenimus.* Haec apud Sophoclem leguntur: Ai. 1025. 1295. Oed. R. 299. 632. 798. 1246. 1252. Oed. C. 14. 466. 1158. Trach. 362. 821. (1091 οἵ ποτε) 1120. οὐ γὰρ ἂν γνοίης, ἐν οἷς Χαίρειν προθυμῇ, κἂν ὅτοις ἀλγεῖς μάτην (Herm. minus recte ante ἐν οἷς distinctionem omisit). Phil. 408. 997. Tribus locis quum sententia relativa attractionis, quam dicunt, specie quadam cum primaria sit coniuncta, ante pronomen, in extremo versu positum, non distinguitur: Oed. R. 314. ἄνδρα δ' ὠφελεῖν ἀφ' ὧν ἔχοι τε καὶ δύναιτο, κάλλιστος πόνων. Elect. 873. φέρω γὰρ ἡδονάς

τε κἀνάπαυλαν ὧν Πάροιθεν εἶχες καὶ κατέστενες κακῶν. Trach. 1124 (1122) τῆς μητρὸς ἥκω τῆς ἐμῆς φράσων ἐν οἷς Νῦν ἐστίν, οἷς ϑ' ἥμαρτεν οὐχ ἑκουσία: sic enim Hermannus, quum Schaeferus ante ἐν οἷς interpungit, ob eam quam diximus caussam recte scripsit. Quod vero his locis, quamquam interpunctiones a pronomine relativo paullo remotiores sunt, id quod maxime in Electrae locum cadit, pronomen tamen in clausula versus legitur, id ob eiusmodi sententiarum naturam, in quibus vocabula relativa magis etiam cum antecedentibus coniungantur, excusari existimamus. — Eadem ratione pronomina ὅσος et ὅστις non raro in ipso senariorum exitu leguntur: et apud Sophoclem quidem ὅσος Ai. 1340. 1379. Trach. 580 (ubi, ut Antig. 712 et Oed. C. 1634, Herm. et Schaef. fortasse, quod demonstrativum deest, interpunctionem non posuerunt: ceterum etiamsi ante ipsum pronomen non distinguitur, tamen in alterutro certe versu interpunctiones inveniuntur). Antig. 688. Oed. R. 273. 347. 1228. Phil. 64 et 1072 (ὅσ' ἄν). Haec apud *Euripidem* (nam in *Aeschyli* fabulis nullum videtur inveniri) exempla leguntur: Bacch. 35. 272. Heraclid. 583. Suppl. 596. Alia eorum est ratio, quae Med. 476 et Herc. f. 569 leguntur: ὡς ἴσασιν Ἑλλήνων ὅσοι ταὐτὸν ξυνεισέβησαν — et Καδμείων δ' ὅσους Κακοὺς ἐφεῦρον. Iph. T. 1232 ὅσος in exitu trochaici versus legitur. Pronominis ὅστις ita positi exempla apud Sophoclem notavimus Phil. 751. Antig. 12: tribus locis, Oed. R. 71. 932. Phil. 1308, Hermannus ante pronomen non distinguit, quod relativa sententia, omisso vocabulo demonstrativo, arctius cum primaria coniuncta est. Aliis eiusdem enunciati vocabulis postpositum est pronomen: Oed. R. 982 et, si cum Hermanno ὅ, τι pro vulgato ὅτι legis, Trach. 161. Apud *Euripidem* quae inveniuntur exempla paullo diversa sunt, praeter Iph. T. 478. τὰς τύχας τίς οἶδ', ὅτῳ Τοιαίδ' ἔσονται, et fragm. dub. VI. p. 439. τόδ' ἐστὶ τὸ ζηλωτὸν ἀνθρώποις, ὅτῳ τόξω μερίμνης εἰς ὃ βούλεται πέσῃ: nam Rhes. 807 pronomen relativum non primum sententiae vocabulum est, tribus locis Alcest. 17. Rhes. 321. Iph. T. 341 non in ipso versus exitu legitur: Heraclid. 428 post οἵτινες distinguitur: Herc. f. 311 denique ea est sententiae ratio, ut omnes distinctiones abesse debeant: ἥ τε δόξ' οὐκ οἶδ' ὅτῳ Βέβαιός ἐστι. Χαίρετε. — *Aeschyli* una tantum fabula, Prometheus, exempla quaerentibus nobis praebuit, quae vs. 468 et 991 leguntur: versus 686 a Wellauero non satis recte distinguitur: legendum est enim: εἰ δ' ἔχεις εἰπεῖν, ὅ, τι Λοιπὸν πόνων, σήμαινε. His adde Aesch. Eum. 126, ubi ἅπερ adverbii vi in fine versus legitur: κλαγγαίνεις δ' ἅπερ Κύων μέριμναν οὔποτ' ἐκλιπὼν πόνου. — *Interrogativum* τίς in recta, quam dicunt, interrogatione Antig. 1228 et Phil. 243, in sententia, quae aliunde pendet, Soph. Elect. 563 extremam senarii sedem occupat: τί που Aesch. Prom. 745, τί γάρ Choeph. 691 ita legitur: ubique vero distinctiones pronomen proxime antecedunt. Quod etiam in recensendis ceteris vocabulis relativis et coniunctionibus summa di-

ligentia versati sumus, nonnulli fortasse vitio nobis vertent: quos tamen placatum iri speramus, si non prorsus inutilem fuisse hanc sedulitatem viderint. Exempla autem fere sine ulla nota apposuimus, quum plerumque ex communi omnium consuetudine ante vocabulum relativum distinguatur: quibus in locis id non est factum quorumve numeri aliam ob caussam minus grati sunt, eos coniunctos paullo infra recensuimus. — Ὅποι in extrema versus sede legitur Soph. Phil. 482. ὅπου Oed. R. 924 (apud Herm. comma deest), 1436. ὅθεν Trach. 703 (πόθεν Aesch. Choeph. 254 ita legitur in recta interrogatione). ὅταν S. Oed. R. 673. Oed. C. 1536. Trach. 451. Phil. 451. 1440. Eur. Herc. f. 77. ὅπως Soph. Ai. 567. Elect. 1402. (Herm. interpunctionem non posuit) 1468. Antig. 1315 (quo loco simulac significat). Oed. C. 399. Trach. 335. Phil. 777 (ubi est adverbium *ut*) Eur. Phoen. 1338. Med. 323. Hippol. 397. Heracl. 421. 1054. H. Troad. 1015. Sisyph. fr. I., 43. p. 324. Temened. fr. XIV., p. 352. Valde notabiles sunt duo loci, in quibus ὅπως μή, quae vocabula artissime cohaerent, solo versu dirimuntur: Soph. Ai. 1089. *καί σοι προφωνῶ τόνδε μὴ θάπτειν, ὅπως Μή, τόνδε θάπτων, αὐτὸς ἐς ταφὰς πέσῃς.* et Oed. R. 1074. *δέδοιχ', ὅπως Μὴ 'κ τῆς σιωπῆς τῆσδ' ἀναῤῥήξει κακά* (cf. Herm. ad Soph. Ai. 965 (986) cum his ἵνα, *ubi*, Soph. Oed. C. 1545. (503. lectio incerta est). Trach. 1157 *ἐξήκεις δ', ἵνα Φανεῖς ὁποῖος ὢν ἀνὴρ, ἐμὸς καλῇ.* Sic Schaeferus scribit: Hermannus sublato priore commate alterum servat. Neuter nostro quidem iudicio locum recte distinguit: post ἀνήρ enim nulla interpunctio ponenda et tantum ante ὁποῖος videtur distinguendum esse *); de commate, quod est ante ἵνα, alii fortasse aliter iudicabunt. — Phil. 429. Eur. Sisyph. fr. I., 27. p. 324. Aesch. Prom. 727. 795. 832 (ἵν' οὔποτε Eur. Bacch. 661). ἵνα, *ut*, duobus tantum locis versum claudit Soph. Antig. 1087 et Aesch. Prom. 61: Eur. Troad. 704 coniunctioni addita sunt verba οἵ ποτε. — Ὅτι, ante quam coniunctionem Hermannus non raro, quamvis caussa non satis appareat, distinctionem omittit, multis locis in extrema versus parte legitur. Etiam in Hermanni editione ante ὅτι incisum est: Soph. Ai. 678. Elect. 332. (426 πλὴν ὅτι) 1367. Antig. 98. 188. 779. Trach. 439. 464. 904. 1112. Phil. 325. His autem locis ab Hermanno distinctio videtur omissa esse, quae tamen ante vocabulum, quod coniunctionem proxime antecedit, posita est: Elect. 988 *τοῦτο γιγνώσκουσ', ὅτι Ζῆν αἰσχρὸν αἰσχρῶς τοῖς καλῶς πεφυκόσιν* (Hermannus sine interpunctione, quamquam loco simillimo, Antig. 188, *τοῦτο γιγνώσκων, ὅτι* scribit.) 1106. Oed. R. 59. 1133. Antig. 311. 325. 649. 758. 1043. Oed. C. 320. 872. Phil. 405. 549. — Apud *Euripidem* particulae ita positae *quatuor* tantum invenimus exempla: Med. 560, ubi *γιγνώσκων ὅτι* sine interpunctione legitur, et Cycl. 421. Antig. fr. XIV. p. 630 coniectura Hermanni, Phoen. fr. IV.,

*) Ellendt. Lex. Soph. s. v. p. 840 ut nos scribit.

8. p. 291, plura praebent *Aeschyli* fabulae: Prom. 104. 259. 323. (quo loco Well. sine distinctione scribit, quamquam non dissimilis videtur esse versui 104) 328. 377. 953. Eumen. 98. — Prorsus diversa sunt ea exempla, in quibus ei sententiae, quae ab coniunctione ὅτι incipit, novum enunciatum statim post ὅτι inseritur et commatis includitur: Soph. Ai. 792 *Αἴαντος δ' ὅτι, Θυραῖος εἴπερ ἐστίν, οὐ θαρσῶ πέρι.* Oed. R. 1401. Oed. C. 1039: versus 872 vulgo non recte scribitur *καὶ φρονοῦσ', ὅτι Ἔργοις πεπονθὼς, ῥήμασίν σ' ἀμύνομαι:* est enim etiam post ὅτι distinguendum. — Ὁθούνεκα et οὕνεκα, quae similem habent significationem, simili etiam ratione in exitu versuum leguntur. ὁθούνεκα Soph. Elect. 47. et, quibus locis ab Hermanno ante coniunctionem non distinguitur, Elect. 617 et Trach. 815 (813): notabilis est locus Eur. Alcest. 808, quod duo, qui insequuntur versus, nullam, nisi in fine alterius, habent distinctionem, quae tamen ante coniunctionem posita est: *καὶ σάφ' οἶδ', ὁθούνεκα τοῦ νῦν σκυθρωποῦ καὶ ξυνεστῶτος φρενῶν Μεθορμιεῖ σε πίτυλος ἐμπεσὼν σκύφου.* Οὕνεκα Trach. 936 (934) Phil. 232. — Multo frequentiora sunt exempla *coniunctionis* ἐπεί in extremo versu collocatae: et frequentissima quidem rursus apud Sophoclem Ai. 490. 916. 1330. El. 1053. Oed. R. 326. 370. 376. 434. 613. 705. 985. 1417. Antig. 389. 538. (923. ἐπεί γε δή) Oed. C. 566. 732. 956. 1115. 1151. 1334. 1405. Trach. 320. 457. 732. Euripidis fabulae, quamquam multo plures servatae sunt, duo tantum exempla praebent, Aeschylus unum: Orest. 1160. Heracl. 813. Aesch. Prom. 384. Ἀλλά in ipso versus senarii exitu legi non potest: addito pronomine νίν Soph. Antig. 577. invenitur, ἀλλά με Eur. Orest. 1316, ἀλλά μοι Jon. 416. Satis frequenter ab ἀλλ' ὅμως *) in fine versuum novae sententiae incipiunt: Soph. Elect. 450. Oed. R. 998. Eur. Orest. 1166. Phoen. 1085. Heracl. 319. Herc. f. 1368. Hippol. 1341. Iph. A. 693. Troad. 369. Aeol. fragm. XXII. ed. Matth. p. 18. ὅμως sine ἀλλά ita ut cum sequentibus coniungatur, sed uni eiusdem sententiae vocabulo postpositum in Euripidis Electra legitur (v. 27): ἥ δ' ὅμως Μήτηρ νιν ἐξέσωσεν Αἰγίσθου χερός. Ἀτάρ in clausula versus legitur Soph. Oed. R. 1052. Trach. 54. Aesch. Prom. 341. ἤ S. Oed. R. 585. πλήν S. Ai. 124. πρὶν ἄν Antig. 176. 308. Oed. C. 909. Trach. 2. Eur. Heracl. 868 (Oed. R. 1529 in trochaeis). De μή et ὡς alio loco dicetur: καί quae coniunctio sententias singulasque voces vel maxime connectit, rarissime extremam senarii partem occupat: nam nisi quaerentes nos magnus qui perlustrandus erat versuum numerus fefellit, apud *Aeschylum* et *Euripidem nusquam*, quater apud Sophoclem eo loco positum invenimus:

---

*) Eos locos, in quibus ὅμως cum participio iunctum ad antecedentia referendum est, huc non pertinere satis constat, ut Eur. Bacch. 788 (744) *κακῶς δὲ πρὸς σέθεν πάσχων ὅμως, Οὔ φημι Χρῆναί σ'* — ubi Matth. parum recte ante ὅμως distinguit.

et haec ipsa exempla in iis leguntur tragoediis, in quibus Sophoclem multa alia novasse constat: sic Oed. R. 267. *τῷ Λαβδακείῳ παιδὶ, Πολυδώρου τε, καὶ τοῦ πρόσθε Κάδμου, τοῦ πάλαι τ' Ἀγήνορος.* 1234. *ὁ μὲν τάχιστος τῶν λόγων εἰπεῖν τε καὶ Μαθεῖν, τέθνηκε* *). — Et his quidem in locis interpunctiones in uno vel altero versu proxime distant a coniunctione *καί*: paullo remotiores sunt Antig. 171, ubi in quarto pede unius versus, in altero sub finem demum distinguitur: *καθ' ἡμέραν ὤλοντο, παίσαντές τε καὶ Πληγέντες αὐτόχειρι σὺν μιάσματι.* De quarto loco, Phil. 311, cuius numeri non valde placent, paullo infra dicemus. Ceterum non praetereundum est, omnibus locis, quos attulimus, coniunctionem *καί* proxime antecedere particulam *τέ*. —

His igitur in locis coniunctiones et vocabula relativa, quae cum insequenti versu artissime connexa sunt, in extremo versu posita nihil habent offensionis, quum distinctiones in uno versu ante has ipsas voces factae sint, neque in altero prorsus desiderentur. Sed extant etiam versus, in quibus ante voculas illas distingui non solet aut etiam illicitum est. Sic vocabula relativa cum verbo substantivo ita nonnumquam coniungi constat, ut nulla distinctione dirimi soleant, et tamen *ἔσθ' ὅπου*, *ἔσθ' ὅτε*, *ἔσθ' ὅπως* in clausula versus leguntur. Nec sunt ingrati numeri, quum et in *quarto* pede prioris versus distinguatur et vocabula illa cum verbo *εἶναι* in unam fere notionem coierint relativique naturam exuerint. *οὐ γὰρ ἔσθ' ὅπου* Soph. Ai. 1069 et Eur. Rhes. 622 legitur: *οὐ γὰρ ἔσθ' ὅπου Λόγων ἀκοῦσαι ζῶν ποτ' ἠθέλησ' ἐμῶν* et *οὐ γὰρ ἔσθ' ὅπου Τοιόνδ' ὄχημα χθὼν κέκευθε πωλικόν.* *ἔσθ' ὅτε* Soph. Ai. 56. *κἀδόκει μὲν ἔσθ' ὅτε Δισσοὺς Ἀτρείδας αὐτόχειρ κτείνειν ἔχων.* *ἔσθ' ὅπως* Soph. Elect. 1479. *οὐ γὰρ ἔσθ' ὅπως Οὐδ' οὐκ Ὀρέστης ἔσθ', ὁ προςφωνῶν ἐμέ.* Recte etiam ante voculas illas relativas non distinguitur, si uni pluribusve eiusdem sententiae vocabulis postponuntur. Quum vero eo verborum ordine instituto relativa magis ad antecedentia verba sese inclinent, neque interpunctiones nimio intervallo fere in utroque versu ab iis distent, sine offensione in exitu versuum leguntur. Haec notavimus exempla. *ὅταν* Oed. C. 659. *ἀλλ' ὁ νοῦς ὅταν Αὑτοῦ γένηται, φροῦδα τἀπειλήματα.* Eur. Troad. 888. *οὔριοι δ' ὅταν Πνοιαὶ μόλωσι, πέμψομέν νιν Ἑλλάδα.* 1276. *χωρεῖτε, Τρώων παῖδες, ὀρθίαν ὅταν Σάλπιγγος ἠχὼ δῶσιν ἀρχηγοὶ στρατοῦ.* *ἡνίκ' ἂν* Soph. Trach. 163. *χρόνον προτάξας, ὡς, τρίμηνον ἡνίκ' ἂν Χώρας ἀπείη κἀνιαύσιος βεβώς, τότ' ἢ θανεῖν* — *ὅπως* Eur. Iph. A. 56. *μὴ δοῦναί τε, τῆς τύχης ὅπως Ἅψαιτ' ἄριστα· καί νιν* — Philoc. fr. II. p. 279. *ὅτι*

---

*) Boeckh. not. crit. ad Pind. Olymp. VI, 53. ex Athenaeo XI, p. 501 F. versum Ionis Chii affert. *Ἴτ', ἐκφορεῖτε παρθένου Κύπελλα καὶ Μεσομφάλους.* Adde ex Euripidis fragmentis: Sisyph. fr. I, 18, p. 324, ubi lectio incerta, et fragm. incert. trag. LXXXVIII. p. 381.

denique duobus locis ita positum neminem offendet: Soph. Antig. 61. ἀλλ' ἐννοεῖν χρὴ τοῦτο μέν, γυναῖχ' ὅτι Ἔφυμεν, ὡς., et Eur. Bacch. 173. ἴτω τις εἰςάγγελλε, Τειρεσίας ὅτι Ζητεῖ νιν· οἶδε δ' αὐτός — Iam in tertio prioris versus iambo interpungitur Oed. R. 525 πρὸς τοῦ δ' ἐφάνθη, ταῖς ἐμαῖς γνώμαις ὅτι Πεισθεὶς ὁ μάντις τοὺς λόγους ψευδεῖς λέγει: sed quamquam in altero versu sub finem demum distinctio facta est, numeri tamen displicere nequeunt, quum ὅτι non minus ad antecedentia, quam ad ea quae sequuntur vocabula pertineat. Neque expertes sunt excusationis tres loci, in quibus ab ὅτι nova sententia incipit, distinctiones vero nonnullis fortasse a vocabulo relativo nimis longe distare videbuntur. Oed. C. 666. ab Hermanno scribitur ὅμως δὲ κἀμοῦ μὴ παρόντος οἶδ' ὅτι τοὐμὸν φυλάξει σ' ὄνομα μὴ πάσχειν κακῶς. At οἶδ' ὅτι in eiusmodi sententiis affirmantis adverbii instar positum est et potest etiam, id quod Schaeferus fecit, ante οἶδα distingui. ibd. 941. γιγνώσκων δ' ὅτι Οὐδεὶς ποτ' αὐτοῖς τῶν ἐμῶν ἂν ἐμπέσοι Ζῆλος ξυναίμων, ὥστ' ἐμοῦ — quo loco quamquam post coniunctionem in tertio demum versu distinguitur, tamen, minus ut ingrati videantur numeri, interpunctio efficit, quae particulam ὅτι non longe praegreditur — meoque iudicio, ut a Schaefero scribitur, ante ipsam coniunctionem ponenda est. Tertio loco, qui est Soph. Elect. 963, in priore versu nulla apparet distinctio, in altero versu iam post tertiam syllabam incisum est: ceterum verba ita sunt disposita, ut singulae sententiarum partes inter se commixtae interpunctionibus seiungi nequeant: καὶ τῶνδε μέντοι μηκέτ' ἐλπίσῃς ὅπως Τεύξει ποτ': οὐ γὰρ — At numeros illius versus, quem supra notavimus, Phil. 311, valde esse ingratos, nemo sine dubio negabit: ἀλλ' ἀπόλλυμαι τάλας Ἔτος τόδ' ἤδη δέκατον ἐν λιμῷ τε καὶ Κακοῖσι βόσκων τὴν ἀδηφάγον νόσον: nam etsi, id quod paene necessarium est, post τάλας distinguimus, tamen duobus in versibus, artissime coniunctis, in quibus numerorum una fere est perpetuitas, non est, ubi in dicendo consistas. Verum ne obliviscamur, id in fabula esse factum, quam Hermannus (Elementt. doctr. metr. p. 539) cadente iam arte compositam esse verissime dicit. —

Iam si ad ea, quae de relativis et coniunctionibus in extremo versu collocatis disputavimus, paullo accuratius attenderimus, Sophoclis usum, id quod etiam supra, ubi de nominativis pronominum dictum est, animadvertimus, ab Aeschyli et Euripidis consuetudine differre videbimus. Frequentissima sunt enim exempla apud Sophoclem: multo rariora, quamquam plures eius extant fabulae, apud Euripidem: Aeschyli fere una tantum fabula, *Prometheus*, exempla praebet omnia eaque satis rara. Quid igitur? num Sophoclem minore arte dialogum composuisse dicemus, quam Aeschylum et Euripidem? Immo quum non temere voces illas eo in loco ponere eum viderimus, numerique fere semper satis sint elegantes, artem in ea re quaesivisse Sophoclem et quotidiani colloquii rationem versibus suis multo melius imitatum esse, quis est qui non concedat?

3) *De atonis, praepositionibus, articulis.*

Etiam ubi adiectiva, pronomina demonstrativa et possessiva ita collocantur, ut ipsa in exitu, substantiva, quibuscum coniuncta sunt, in ipso principio insequentis versus legantur, quam de interpunctionibus dedimus legem diligenter observari videmus. Atque ne haec quidem exempla in hac quaestione prorsus negligi debere et res ipsa docet et Hermanni auctoritas, qui (Elementt. doctr. metr. p. 119.) inter alia exempla, quibus versus senarios certis conditionibus arte coniungi posse ostendit, etiam Soph. Oed. R. 253 commemorat: *ὑπέρ τ' ἐμαυτοῦ, τοῦ θεοῦ τε, τῆςδέ τε Γῆς, ὧδ' ἀκάρπως κἀθέως ἐφθαρμένης.* Sed quoniam recensendis iis vocabulis, de quibus supra disseruimus, quam arte senarii inter se cohaerere possent, iam satis ostendisse videmur, idque multo dilucidius etiam cernetur, ubi de iis vocibus, quae ex titulo inscripto cognosci possunt, dixerimus: singulis exemplis proferendis supersedere nos posse arbitrati sumus. Id tantum monemus, fere nullum inveniri locum — et satis est magnus eorum numerus, quum etiam Aeschyli et Euripidis fabulae, apud quos cetera huiusmodi vocabulorum genera rarissime ita usurpari vidimus, adiectiva et similia vocabula a substantivis solo versu diremta frequentius ostendant — tamen fere nullum, inquam, extare locum, in quo excusatio ab interpunctionibus non procul remotis repeti nequeat. Nam etsi Soph. Elect. 757. *Καί νιν πυρᾷ κέαντες εὐθύς, ἐν βραχεῖ Χαλκῷ μέγιστον σῶμα δειλαίας σποδοῦ Φέρουσιν ἄνδρες Φωκέων τεταγμένοι.* sub finem demum tertii senarii distinguitur, tamen in primo versu fere ante ipsum adiectivum posita est interpunctio. Minus placent numeri in Eur. Alcest. 289. *ἐγώ σε πρεσβεύουσα κἀντὶ τῆς ἐμῆς Ψυχῆς καταστήσασα φῶς τόδ' εἰςορᾶν Θνήσκω, παρόν μοι μὴ θανεῖν, ὑπὲρ σέθεν*, nisi, quod nonnullis sane probabitur, ante *κἀντί* minorem distinctionem posueris. Ceterum rationes, quibus nos vulgo sententias distinguere consuevimus, hoc loco satis turbari videmus, quum pronomen *ἐγώ* cum verbo *θνήσκω* coniungendum sit, participia vero propter encliticum *σέ* commatis includi nequeant. — Sed iam ad eas transeamus voculas, quae sententia nondum absoluta in fine versus positae magis offendere possint: sunt vero *coniunctiones εἰ et ὡς*, *adverbium οὐ*, quocum, quamquam paullum diversum est, *μή* coniunximus, *articuli*, *praepositiones*. Et *εἰ* quidem bis ita apud Sophoclem legimus: *Oed. C.* 993. (*εἴ τις σὲ* —) *κτείνοι παραστάς, πότερα πυνθάνοι' ἄν, εἰ Πατήρ σ' ὁ καίνων, ἢ τίνοι' ἂν εὐθέως.* *Trach.* 462. *ἥδε τ', οὐδ' ἂν εἰ Κάρτ' ἐντακείη τῷ φιλεῖν, ἐπεὶ σφ' ἐγώ.* — Interpunctiones propter coniunctionis naturam procul abesse nequeunt. His adiungamus exempla, in quibus *ὡς* in exitu versus, distinctio autem ante ipsum fere vocabulum ponitur: Soph. Elect. 1309. *μήτηρ δ' ἐν οἴκοις· ἣν σὺ μὴ δείσῃς ποθ', ὡς Γέλωτα φαιδρὸν τοὐμὸν ὄψεται κάρα.* Oed. C. 1130. *καί μοι χέρ', ὦ 'ναξ, δεξιὰν ὄρεξον, ὡς Ψαύσω, φιλήσω τ', εἰ θέμις* — et, ubi adverbium est, S. Elect. 1123 *οὐ γὰρ ὡς Ἐν δυσμενείᾳ γ' οὖσ' ἐπαιτεῖται τάδε.* Unde quam

recte Wellauerus ad Aesch. Agam. 1327 ὡς in fine senarii poni neget, iudicari licet: quamquam apud Aeschylum l. l. ὥς esse legendum viro doctissimo libenter concedimus. Paullo frequentiora sunt exempla adverbii οὔ in exitu versus positi, quod etiam apud Aeschylum et Euripidem in eo versus loco nonnumquam comparet. Et plerumque quidem, ubi simplex οὔ, sensu nondum absoluto, senarium claudit, interpunctiones in alterutro versu a vocabulo illo non procul remotae sunt: sic Soph. Elect. 1466. ὦ Ζεῦ, δέδορκα φάσμ' ἄνευ φθόνου μὲν οὐ Πεπτωκός· εἰ δ' ἔπεστι νέμεσις, οὐ λέγω (ita Herm. locum ex MSS. edidit.) 1491. λόγων γὰρ οὐ Νῦν ἐστὶν ἁ γὼν, ἀλλὰ σῆς ψυχῆς πέρι. *Antig.* 5. οὔτ' αἰσχρὸν, οὔτ' ἄτιμόν ἐσθ', ὁποῖον οὐ Τῶν σῶν τε κἀμῶν οὐκ ὄπωπ' ἐγὼ κακῶν. 96. πείσομαι γὰρ οὐ Τοσοῦτον οὐδὲν, ὥστε μὴ οὐ καλῶς θανεῖν: quibus in locis quamquam vocabulum negativum sensu cum antecedentibus coniunctum est, accentu tamen non minus sequentibus adiungitur: — magis etiam cum altero versu cohaeret adverbium οὔ: *Eur. Heracl.* 1019. θανεῖν μὲν οὐ Χρήζω· λιπὼν δ' οὐδέν. Alex. fr. VIII. p. 36. Archel. fr. IX. p. 87. Melan. fr. XXIX. p. 223. *Aesch. Agam.* 542 τί δ' οὐ Στένοντες, οὐ λαχόντες. — At quando οὔ opposita particula μή cum articulo coniunctum est, saepe distinctiones prorsus omittuntur, ita ut vocabulum accentu destitutum, quem tamen non in verbum antegressum deposuit, parum apte in exitu versuum legatur: cuius rei culpam editores magis, quam poetae ipsi sustinere videntur. Illos enim in eiusmodi rebus minime sibi constare satis notum est et ex iis etiam exemplis, quae proferemus, apparebit. Namque Aesch. Prom. 867. Wellauerus recte ante articulum distinguit: μίαν δὲ παίδων ἵμερος θέλξει, τὸ μὴ Κτεῖναι ξύνευνον, ἀλλ' — et Soph. Oed. R. 1232 omnes, quos mihi convenire licuit, editores scribunt: λείπει μὲν οὐδ' ἃ πρόσθεν ᾔδεμεν, τὸ μὴ οὐ Βαρύστον' εἶναι· πρὸς δ' ἐκείνοισιν τί φῄς. Sed aliis locis, quamquam atonon in fine versus positum, quum aliae distinctiones nimis remotae sint, interpunctionem ante articulum necessariam esse clamitat, omnes sine interpunctione scribunt: sic *Soph. Antig.* 544. μή τοι κασιγνήτη μ' ἀτιμάσῃς τὸ μὴ οὐ Θανεῖν τε σὺν σοί, τὸν θανόντα θ' ἁγνίσαι. *Trach.* 89. νῦν δ', ὡς ξυνίημ', οὐδὲν ἐλλείψω τὸ μὴ οὐ Πᾶσαν πυθέσθαι τῶνδ' ἀλήθειαν πέρι. *Aesch. Prom.* 920. οὐδὲν γὰρ αὐτῷ ταῦτ' ἐπαρκέσει τὸ μὴ οὐ Πεσεῖν ἀτίμως πτώματ' οὐκ ἀνασχετά. *Eumen.* 873. τῶν ἀρειφάτων δ' ἐγὼ Πρεπτῶν ἀγώνων οὐκ ἀνέξομαι τὸ μὴ οὐ τήνδ' ἀστύνικον ἐν βροτοῖς τιμᾶν πόλιν. Et Sophoclea quidem exempla quamquam interpunctione non posita excusari possunt, quum saltem in penthemimeri vel prioris vel alterius versus distinguatur, tamen omnibus, quos attulimus, locis ante articulum interpungendum esse censemus, praeter Aesch. Eumen. 873 sq., quorum versuum, quum propter verborum ordinem distinctioni locus sit nullus, numeros parum elegantes esse apparet. Paullo magis excusari videtur locus Antigonae (vs. 26 sqq.), ubi simplex μή simili modo in fine senarii positum

est: τὸν δ' ἀθλίως θανόντα Πολυνείκους νέκυν Ἀστοῖσί φασιν ἐκκεκηρῦχθαι τὸ μὴ Τάφῳ καλύψαι, μηδὲ κωκῦσαί τινα: nam quamquam ante articulum distingui ordo verborum vetat, tamen iam in tertio iambo insequentis versus interpunctio posita est. — Neque aliena ab hoc loco etiam cetera sunt exempla, ubi μή, vocabulum suo quidem accentu insignitum, sed significatione a particula οὔ non valde diversum, eodem modo versum claudit. Unum exemplum, quod in Aeschyli Prometheo (vs. 867) est, iam supra commemoravimus: alterum eiusdem Choephori (999) praebent: Τοιάδε μοι ξύνοικος ἐν δόμοισι μὴ Γένοιτ'· ὀλοίμην πρόσθεν ἐκ θεῶν ἄπαις: tum ita legitur *Soph. Oed. R.* 943. εἰ δὲ μὴ Λέγω γ' ἐγὼ τἀληθές, ἀξιῶ θανεῖν. 1460. ἄνδρες εἰσίν, ὥστε μὴ Σπάνιν ποτὲ σχεῖν, ἔνθ' ἂν ὦσι. *Antig.* 324. εἰ δὲ ταῦτα μὴ Φανεῖτέ μοι τοὺς δρῶντας ἐξερεῖθ', ὅτι— *Oed. C.* 1175. τί δ'; οὐκ ἀκούειν ἔστι, καὶ μὴ δρᾶν, ἃ μὴ Χρῄζεις; τί σοι — *Phil.* 912. λυπηρῶς δὲ μὴ Πέμπω σε μᾶλλον, τοῦτ' ἀνιῶμαι πάλαι (Herm. πέμπων). *Eur. Med.* 1049. ὅτῳ δὲ μὴ Θέμις παρεῖναι τοῖς ἐμοῖσι θύμασιν, Αὐτῷ μελήσει. (cf. etiam Aesch. Suppl. 394, ubi μήποτε, et Pers. 810, ubi μηδέ τις versum claudit). Etiam his omnibus locis binorum versuum partes, interpunctionibus ita inter se coniungi apparet, ut vocula μή sine offensione in fine versus legatur: distinctiones ubi remotissimae sunt in quartum prioris versus pedem incidunt. —

De *praepositionibus* in fine senariorum positis quum dicimus, maxime nobis res est cum Reisigio, qui in Coniectt. p. 70 sq. et brevius in Commentt. Critt. ad Oed. C. p. 260 de eadem re disputavit. Is enim praepositionem a nomine non ipsa verborum structura, sed versus duntaxat fine apud poetas scenicos et lyricos disiungi praefracte negat. Ac primum quidem non intelligere nos fatemur, quae inde diversitas oriatur, si vocabulum, quod a praepositione in exitu senarii posita pendet, non in ipso initio versus insequentis legatur: tum enim praepositioni extremam versus partem concedi Boeckhioque sese non repugnare dicit Pind. Olym. VI, 89. ἀλλ' ἐν Κέκρυπτο γὰρ σχοίνῳ scribenti: Nam etiamsi is est verborum ordo, tamen praepositiones, quas ad insequentia properare iam accentus ostendit, quum in eodem versu non habent, quo sese inclinent, parum apte in clausula versuum legi, dicere debet is, qui omnino de hoc usu dubitat. Alia profecto res est, si vocabula, quae praepositionem a substantivo dirimunt, in eodem sunt posita versu, in quo praepositio est. Sed totum illud praeceptum, quod Coniectt. l. l. de praepositionibus dedit et ad Oed. C. p. 260 repetit, ita tamen ut Oed. R. 555 defendi posse dicat, quia *proxime* antegrediatur interpunctio, falsum esse existimamus, quamquam Wellauerus ad Aesch. Eumen. 229 et ad Agam. 1244 aliique *) cum Reisigio sen-

*) In quibus Hermannus certe non est: nec Lachmannum hunc usum improbasse putamus: nam quae Chor. syst. p. 20 dicit de Aeschyli tantum usu valent.

tiunt. Nam quum alia eiusdem generis vocabula illum versus locum occupare ostenderimus (de articulis, quorum longe aliam esse rationem Wellauerus ad Eumen. 229 minus recte dicit mox viderimus), intelligere non possumus, cur praepositiones, si eaedem conditiones intercedant, ab hac versuum parte excludi debeant. Tum, quod est firmissimum argumentum, certa extant exempla, quae hunc usum satis comprobant. Omnibus vero locis, ubi id factum est, interpunctiones praepositionem non longe vel antegrediuntur, vel subsequuntur: *proxime* enim eas antegredi debere, quod Reisigius voluit, non dixerim: nec in eo exemplo factum est, quod praecipuum vocat: Oed. R. 555. ὡς χρείη μ' ἐπὶ Τὸν σεμνόμαντιν ἄνδρα πέμψασθαί τινα. Nemo enim profecto Reisigio assentietur, qui *post* pronomen μέ distinctionem posuit, quae si res e severis cogitandi legibus diiudicamus, *ante* pronomen ponenda fuit, sed hoc loco propter encliticam, quae sequitur, prorsus omitti debet. Reliqua exempla haec sunt: Oed. C. 495. ἐμοὶ μὲν οὐχ ὁδωτά· λείπομαι γὰρ ἐν Τῷ μὴ δύνασθαι, μηδ' ὁρᾶν δυοῖν κακοῖν: quo loco Reisigius post ἐν distinguit, Elmsl. ad Eur. Med. p. 217 ed. Lips. ἐν in οὖν mutavit: utrumque refellit Hermannus ad l. l. cf. Boeckh. not. crit. ad Pind. Olym. p. VI, 53: sed quam ille in hac praepositionis divisione et substantivi elegantiam sibi videre est visus, consilii inopiam ita exprimi ratus, equidem invenire nequeo. — *Phil.* 626. οὐκ οἶδ' ἐγὼ ταῦτ'· ἀλλ' ἐγὼ μὲν εἶμ' ἐπὶ Ναῦν· σφῷν δ' ὅπως. — *Elect.* 857. ἐγνώσθη δ' ὑπὸ Γέροντος ἐν δόμοισιν ἀρχαίου τινός. Matth. temere ὕπο scribit. (Alia fortasse est ratio Rhes. 758. κακῶς πέπρακται, κἀπὶ τοῖς κακοῖσι πρὸς Αἴσχιστα· καίτοι δὶς τόσον κακὸν τόδε, nisi potius, quum voculae καί et δέ quas adverbiascenti πρός vulgo addi Reisig. ad S. Oed. p. 308 docet, hoc loco desint, πρὸς αἴσχιστα adverbii habere notionem existimandum est). Et his quidem locis praepositionem, quamvis ad insequentia referenda sit, recte in fine versus collocatam esse existimamus: positura enim, quae in priore versu post hephthemimerin est, a praepositione satis parvo spatio disiungitur: uno tantum loco, Phil. 626., iam in penthemimeri distinguitur, ita tamen, ut in altero versu distinctio statim post primum vocabulum facta sit. Sed qui apud Aeschylum inveniuntur loci duo, ubi praepositiones versum claudunt, ii a viris doctis in suspicionem vocati sunt*). Et primo quidem loco, Eumen. 229. ἀλλ' ἀμβλὺν ἤδη, προστετριμμένον τε πρὸς Ἄλλοισιν οἴκοις καὶ πορεύμασι βροτῶν. Lachm. p. 21. πρός adverbium esse dicit, eique Wellauerus, cui omnino praepositio in fine versus posita offensioni fuit, assentitur. Alii, ut Schuetzius et Reisigius coniectt. p. 71, pro τέ πρός legi iubent πάρος: Hermannus denique, Elementt. p. 119, quoniam interpunctiones nimis remotae sunt, versum, si sanus sit, parum certe elegantem esse dicit.

---

*) Pers. 449 praepositio a subst. non solo versu, sed interiectis etiam aliis vocabulis disiungitur: ἀμφὶ δὲ Κυκλοῦντο πᾶσαν νῆσον.

Viroque summo assentiendum est. Altero autem loco, Agam. 1243, qui vulgo ita legitur *ἐποπτεύσας δέ με κἀν τοῖςδε κόσμοις καταγελωμένην μετὰ Φίλων* (sic. Blomf.) *ὑπ' ἐχθρῶν οὐ διχοῤῥόπως, μάτην*, ferri poterat propter interpunctionem alterius versus praepositio in exitu versus posita, nisi alio vitio locus laborare videretur. Qua ratione VV. DD. praepositione maxime offensi versum emendaverint, ex Wellaueri adnotatione cognosci potest: cf. praeterea Lachmann. l. l., cuius tamen interpretatio minime placet. Fortasse locus ita emendari potest: *Ἰδοὺ δ' Ἀπόλλων αὐτὸς ἐκδύων ἐμὲ Χρηστηρίαν ἐσθῆτ', ἐποπτεύσας ἐμὲ Κἀν τοῖςδε κόσμοις καταγελωμένην ὑπὸ* (*μετά* facile ex *μάτην*, in quod proximus versus exit, oriri potuit) *Φίλων, ὑπ' ἐχθρῶν οὐ διχοῤῥόπως, μάτην*. Ecce Apollo ipse vestem mihi sacram detrahit, qui etiam quum ita ornata essem temere me derideri passus est ab amicis, ab inimicis haud ambigue. *Δέ* in vulgata lectione, quod etiam Hermannus et Wellauerus servaverunt, vix ferri potest: *ἐμέ* quod in duobus deinceps versibus legitur, neminem offendet, magis fortasse, quod *μάτην* interpositis verbis compluribus ab altera sententiae parte seiunctum est: praepositioni denique exitum versus posse concedi, lectoribus nos persuasisse arbitramur.

Sed iam redeat oratio nostra unde digressa erat. Prorsus aliena a disputatione nostra exempla sunt ea, in quibus praepositio substantivo suo postposita in exitu senarii legitur; ut *Eur. Iph. T.* 102, *ἀλλὰ πρὶν θανεῖν, νεὼς ἔπι Φεύγωμεν, ἧπερ* — et *Aesch. Pers.* 186, *ἅρμασιν δ' ὕπο Ζεύγνυσιν αὐτώ.* — Reliqua exempla eo magis omitti posse censuimus, quum plerumque simul in fine versus distinguatur: unum tantum notabimus, Aesch. Agam. 576, ubi praepositio *διά*, quae accentum non retrahit, eodem modo posita est: *φρυκτώρων διὰ Πεισθεῖσα, Τροίαν νῦν* — Semel *substantivum inter* et *adiectivum* positam praepositionem in fine versus invenimus: ubi praeter Ptolemaeum et Niciam omnes grammatici consensu accentum praepositionis retrahendum esse docent: *Oed. C.* 737 *ἀλλ' ἀ ν δ ρ ῶ ν ὕ π ο Πάντων κελευσθείς.* Multo frequentiora sunt ea exempla, in quibus praepositio ita in fine versus legitur, ut *adiectivum*, quod substantivo in prima parte trimetri insequentis collocato adhaeret, *ante eam ponatur.* De accentu praepositionis ita positae quid antiqui grammatici praecipiant, optime Lehrs. quaestt. p. 79 sqq. docet. Quum vero tragicos omnes praepositionem, si substantivum *solum* ab ea pendeat in principiis alterius versus collocatum, rarissime in fine senarii ponere viderimus, ab illo autem exemplorum genere, in quibus praepositio *adiectivum* vel quod eius loco positum sit in eodem versu adiunctum habeant, minime abstinuerint: Apollonii et filii eius Herodiani, etiam tum accentum praepositionis retrahi iubentium, praecepta tragicorum certe usu comprobari videntur: et haud scio an horum poetarum usus in persolvenda hac quaestione plus valeat, quam Nonni auctoritas, qua Lehrs. l. l. p. 84 not. pro Aristarchi

sententia usus est *). — Sed quidquid de ea re indicamus, interpunctiones vel a fine prioris versus vel ab initio insequentis non valde remotas esse videbimus, ut praepositiones in extrema senarii parte positae satis excusatae videantur. Haec autem notavimus exempla: Soph. Ai. 720. *Τεῦκρος πάρεστιν ἄρτι Μυσίων ἀπὸ Κρημνῶν· μέσον δέ* — (servavimus praepositionis accentum, qui in plerisque editionibus est, quamquam animus noster magis in alteram partem inclinat.) ibd. 1311 (*ἐπεὶ καλὸν*) *Θανεῖν προδήλως μᾶλλον, ἢ τῆς σῆς ὑπὲρ Γυναικὸς, ἢ τοῦ σοῦ.* — *Oed. C.* 312 (*γυναῖχ᾽ ὁρῶ*) *Στείχουσαν ἡμῶν ἄσσον Αἰτναίας ἐπὶ Πώλου βιβῶσαν· Κρατὶ δ᾽* — *Trach.* 539, *Καὶ νῦν δύ᾽ οὖσαι μίμνομεν μιᾶς ὑπὸ Χλαίνης ὑπαγκάλισμα· τοιάδ᾽ Ἡρακλῆς* —: ad q. l. Hermannus Brunckium laudat quod *ὑπό* pro *ὕπο* et paullo infra *παρά* scripsit. ibd. 557, *ὃ παῖς ἔτ᾽ οὖσα, τοῦ δασυστέρνου παρὰ Νέσσου φθίνοντος ἐκ φόνων ἀνειλόμην:* locus in Hermanni quoque editione minus recte scribitur: est enim aut etiam ante *παῖς* commate distinguendum aut omnis interpunctio omittenda: quod tamen propter praepositionem *παρά* fieri non licet, nisi eam Apollonium secutus barytonos scribere mavis. — *Eur. Iph. A.* 422, *ἀλλ᾽, ὡς μακρὰν ἔτεινον, εὔρυτον παρὰ Κρήνην ἀναψύχουσι θηλύπουν βάσιν.* *Elect.* 6, *ὑψηλῶν δ᾽ ἐπὶ Ναῶν τέθεικε σκῦλα πλεῖστα βαρβάρων.* *Ion.* 272, *ὦ κλεινὸν οἰκοῦσ᾽ ἄστυ, γενναίων τ᾽ ἀπὸ Τραφεῖσα πατέρων.* *Aesch. Agam.* 1006, *ἐπεί σ᾽ ἔθηκε Ζεὺς ἀμηνίτως δόμοις Κοινωνόν εἶναι χερνίβων, πολλῶν μετὰ Δούλων σταθεῖσαν κτησίου βωμοῦ πέλας* (Wellauerus *μέτα* scribit: sed comma, quod post *δούλων* posuit, tollendum fuit). *Pers.* 452 *τοξικῆς δ᾽ ἀπὸ Θώμηγος ἰοὶ προςπιτνόντες ὤλλυσαν* (Lachm. et Well. *ἄπο*). — *A verbo suo praepositionem* semel tantum versu diremtam invenimus, sed ita ut altera compositionis pars non in ipso versus insequentis initio legatur: *Eur. Med.* 1171, *ὀμμάτων δ᾽ ἀπὸ Κόρας στρέφουσαν, αἷμά τ᾽ οὐκ ἐνὸν χροΐ.* Omnes editores praeter Pflugk. minus recte *ἄπο* scribunt, quod Hermannus defendit. (cf. de hoc loco Elmsl. p. 277. Herm. ibd. p. 392 et ad Bacch. 130). Porsonus ad Eur. Hec. 719, praepositionem et verbum ita disiungi posse negat: nec factum id esse putamus, nisi interposita in alterutro versu voce alia. Nam quod in Eur. Phoen. 1357, olim legebatur, *ἐγὼ δ᾽ ἥκω μετὰ Στέλλων ἀδελφήν*, iam dudum est emendatum: sed haud scio an pro *ἥκω μέτα Γέρων ἀδελφήν* melius scribatur *ἥκω μετὰ — ἀδελφήν*, quum praepositio ad accusativum, qui subsequitur, referenda esse videatur (cf. Suppl. 672, *ἡμεῖς ἥκομεν νεκροὺς μέτα*). In Aeschyli Prometheo autem (v. 67) praepositio cum genitivo, qui antecedit, con-

---

*) Nobiscum facit Lachmannus l. l. p. 21, qui Apollonium recte de praepositionis anastropha praecepisse dicit. Nonne Apollonii et Herodiani praeceptum etiam eiusmodi exemplis confirmatur, quale est quod Oed. R. 455 legitur: *ξένην ἔπι, Σκήπτρῳ προδεικνὺς, γαῖαν ἐμπορεύσεται?*

iungenda et barytonos scribenda est (cf. Porson. ad Eur. Hec. l. l.) *τῶν Διός τ' ἐχθρῶν ὕπερ Στένεις, ὅπως* — quamquam versu proximo *σῶν ὑπερστένω κακῶν* legitur.

Ex his igitur patet, interpunctionibus binos saepe versus ita coniungi, ut etiam sine anastropha praepositionibus in fine senarii locus sit: iam quid *de articulis* in hac versus parte positis observarimus, aperiamus. Articuli, qui in fine quidem versus, sed adiuncta particula vel adiectivo legitur, exempla Sophoclea Hermannus collegit nonnulla ad Soph. Antig. 409, sunt vero Oed. R. 553. 995. 1056. Oed. C. 265. 290. 577. Trach. 383. Phil. 422. Ai. 1015. El. 619. Antig. 453; et quae ab his seiungenda fuerunt Oed. C. 351 et Phil. 263. Quibus addimus *τὸ γάρ* S. Oed. R. 231. 1389. Antig. 67. 238. Trach. 434. 744. Phil. 675. — Oed. R. 1420. *τὰ γὰρ Πάρος πρὸς αὐτὸν πάντ' ἐφεύρημαι κακόν:* (diversum est *ὃ γάρ* Soph. Elect. 45, ubi demonstrativum est). Tum Oed. R. 1237, *τῶν δὲ πραχθέντων τὰ μὲν Ἄλγιστ' ἄπεστιν· ἡ γὰρ ὄψις.* *Trach.* 92. *καὶ γὰρ ὑστέρῳ τό γ' εὖ Πράσσειν, ἐπεὶ πύθοιτο, κέρδος ἐμπολᾷ.* *Antig.* 78. *τὸ δὲ βίᾳ πολιτῶν δρᾶν, ἔφυν ἀμήχανος.* *Trach.* 383. *τὰ δὲ Λαθραῖ' ὅς ἀσκεῖ μὴ πρέποντ' αὐτῷ κακά* (Elect. 1271. *τὰ δέ* opponitur *τὰ μέν*). Minime porro offendunt ea exempla, in quibus articulus *cum pronomine possessivo vel genitivo coniunctus* versum claudit, substantivum in versu proximo legitur. Oed. C. 305. *πολὺ γάρ ὦ γέρον, τὸ σὸν Ὄνομα διήκει πάντας.* Trach. 481. *ἀλλ' αὐτός, ὦ δέσποινα, δειμαίνων, τὸ σὸν Μὴ στέρνον ἀλγύνοιμι.* 572. *ἐὰν γὰρ ἀμφίθρεπτον αἷμα τῶν ἐμῶν Σφαγῶν ἐνέγκῃ χερσὶν, ᾗ.* — His adde *ex Euripidis* fabulis. *Alcest.* 289. *ἐγώ σε πρεσβεύουσα, κἀντὶ τῆς ἐμῆς Ψυχῆς καταστήσασα φῶς τόδ' εἰςορᾶν.* *Heracl.* 649. *ἀσθενὴς μὲν ἦγ' ἐμὴ Ῥώμη. τοσόνδε δ' εἰδέναι.* — *Troad.* 704. *ἵν' οἵ ποτε Ἐκ σοῦ γενόμενοι παῖδες Ἴλιον πάλιν Κατοικίσειαν.* Bacch. 1033. *ἢ 'πὶ τοῖς ἐμοῖς Χαίρεις κακῶς πράσσουσι δεσπόταις, γύναι;* 1120 *μηδὲ ταῖς ἐμαῖς Ἁμαρτίαισι παῖδα σὸν κατακτάνῃς.* 1312 *εἰςορῶν τὸ σὸν Κάρα.* *Iphig. A.* 1168 *Καὶ τὸ σὸν Μέλαθρον αὔξουσ'* — cf. 1213. — *Phoen.* 560, ubi Porsonus et Brunckius scribunt *τὸ δὲ Περιβλέπεσθαι τίμιον; κενὸν μὲν οὖν,* Matthiaeus: *καὶ μέγ' ἥγησαι τόδε. Περιβλέπεσθαι τίμιον.* Vix commemoratione digna sunt *Phoen.* 1422. *καί πως νοήσας Ἐτεοκλῆς, τὸ Θέσσαλον Εἰςήγαγεν σόφισμ' ὁμιλίᾳ χθονός.* *Troad.* 1003. *οὐδ' ἦν ἱκανά σοι τὰ Μενέλεω Μέλαθρα, ταῖς σαῖς ἐγκαθυβρίζειν τρυφαῖς.* Alcest. 800. *τὸν καθ' ἡμέραν Βίον λογίζου σόν.* — Apud *Aeschylum ne tale quidem exemplum me legere memini*, quae etiam apud Euripidem multo sunt rariora, quam apud Sophoclem. — Iam multo magis exiguus numerus est eorum exemplorum, in quibus articuli nulla addita voce in ipso versuum exitu leguntur: *nullum* invenitur apud *Aeschylum*, *nullum* apud *Euripidem*; *quatuor* *) apud *Sophoclem*

*) Ellendt. l. l. T. II. p. 249 tria sola exempla apud Soph. prostare dicit: fugit virum doctissimum locus Electrae.

notavimus, *Antig.* 409, πᾶσαν κόνιν σήραντες, ἣ κατεῖχε τὸν Νέκυν, μυδῶν τε σῶμα γυμνώσαντες εὖ (cf. Erfurdt. ad h. l. et Herm. Elementt. doct. metr. p. 117.) Elect. 879, ὦ τάλαινα, κἀπὶ τοῖς Σαυτῆς κακοῖσι κἀπὶ τοῖς ἐμοῖς γελᾷς; et quos locos Hermannus ad Antig. l. l. parum recte cum iis coniungit, in quibus articuli non solo versu, sed interposita aliqua voce, quae in eodem senario legitur, a substantivis suis disiunguntur. *Oed. C.* 351. δεύτερ' ἡγεῖται τὰ τῆς Οἴκοι διαίτης, εἰ πατὴρ τροφὴν— et *Phil.* 263 ὅν οἱ Δισσοὶ στρατηγοί. Multum enim referre existimamus, utrum vocabulum illud, quo articulus a substantivo dirimitur, cum articulo coniunctum *sub finem* sit versus, an in *principiis* insequentis versus ut articulus in ipso exitu prioris senarii positus sit. Is enim tum, omni adminiculo destitutus, ad ea, quae in proximo versu leguntur, sese inclinet necesse est: quare maiorem quandam versuum cohaerentiam effici apparet, quam si articulo aliud praeterea vocabulum in eodem versu sit adiunctum. —

4. *De vocalibus in extrema versuum parte elisis.*

Hoc igitur modo legibus iustae recitationis senarios tragicorum nonnumquam ita connecti videmus, ut quae voces ob significationem maxime cohaereant diversis in versibus sint collocatae, idque saepe non interposito alio vocabulo. Qui versuum nexus nonnumquam adeo artus est, ut, quando ultimum prioris versus vocabulum in vocalem exeat, haec ob sequentem vocalem elidatur. Cuius rei exemplum *unum* praebet Euripides Iph. T. 968, ὡς δ' εἰς Ἄρειον ὄχθον ἧκον ἐς δίκην τ' Ἔστην, ἐγὼ μέν: plura Sophocles, quae tamen iam Hermannus congessit omnia in Elementt. doct. met. p. 36 sq., ubi Sophoclem Calliae cuiusdam exemplo ultimae syllabae elisionem primum in Oed. R. usurpasse docemur (cf. Eiusd. Observatt. de Gr. ling. dial. in Opuscul. Vol. I. p. 142 sq.). Interpunctiones quantum tum a fine prioris versus distare soleant, idem Hermannus ostendit. Nec minus distinctionis proxime sequentis rationem esse habendam, quam antecedentis, et similia exempla, de quibus supra dictum est, ostendunt et locus Euripideus modo allatus, in quo priore in versu nulla est interpunctio et in altero demum senario post primum pedem distinguitur *), (cf. Herm. Elem. p. 36 ext.). Unus tantum extat locus, qui ab interpunctione nullam videtur habere excusationem, Oed. C. 1169. σοὶ φασὶν αὐτὸν ἐς λόγους ἐλθεῖν μολόντ' Αἰτεῖν ἀπελθεῖν τ' ἀσφαλῶς τῆς δεῦρ' ὁδοῦ: nam quae vulgo post αἰτεῖν ponitur distinctio, ea vix necessaria est. (Ellendt. Lex. S. T. II, p. 134 recte eam omisit.) Locum variis coniecturis esse tentatum Hermanni et Reisigii notae ostendunt. — Hi vero sunt loci, in quibus a Sophocle extrema versus syllaba elisa est, ab Hermanno l. l. collecti: μολόντ' Oed. C. 1164. ταῦτ' Oed. R. 332. δέ Oed. R. 29. 785. 1224. Oed. C. 17, (ad quem locum Reisigius p. XXIX duo

*) Hermannus quidem l. l. post ἧκον distinguit; sed rectius ibi comma deesse putamus.

exempla Aristophanea attulit.). Elect. 1017, τέ Oed. R. 1184. Duo loci Hermanni diligentiae sese subtraxerunt. Oed. R. 791. ὡς μητρὶ μὲν χρείη με μιχθῆναι, γένος δ' Ἄτλητον ἀνθρώποισι δηλώσοιμ' ὁρᾶν (distinctio post quintum est iambum) et *Antig.* 1031. τὸ μανθάνειν δ' Ἥδιστον εὖ λέγοντος, εἰ κέρδος φέρει: interpunctio post *quartum* est pedem, ut Oed. C. 17. — Sed quamquam interpunctione nonnumquam ordinum metricorum ratio, ut Hermannus ait, ita commutatur, ut binorum versuum partes una fere numerorum perpetuitate coniungantur: tamen tragici poetae etiam vocabula, quae a sequentibus dirimi nequeunt, in vocalem exeuntia, quamvis primum versus proximi verbum a simili littera incipiat, in exitu versuum ponere non sunt veriti. Cuius rei mentionem ut iniicerem, Hermannus me maxime commovit, qui ad S. Elect. 21 in extrema adnotatione: Ego, inquit, cum nondum persuasum habeam, Sophoclem ἐμέν scripsisse (ὡς ἐνταῦθ' ἐμὲν, Ἵν' οὐκ ἔτ' ὀκνεῖν καιρός) etsi video non deesse coniecturas, ut ὡς ἐνταῦθα δή vel ὡς ἐνταῦθ', ἵνα. | Οὐκ ἔστ' ἔτ' ὀκνεῖν καιρός, ἀλλ' ἔργων ἀκμή, *cuiusmodi hiatus est etiam apud Aesch. Prom.* 792. ἵνα | Αἱ Φορκίδες, tamen etc. Quibus verbis facile aliquis in errorem induci possit, rara esse eiusmodi exempla. Sunt vero satis frequentia: pauca ex eorum numero, quae iam supra, ubi de singulis eius generis vocabulis disputavimus, proposita sunt, hoc loco repetimus: Soph. Ai. 916. φάρει καλύψω τῷδε παμπήδην, ἐπεὶ Οὐδεὶς ἄν- 1273, οὐ μνημονεύεις οὐκέτ' οὐδὲν, ἡνίκα Ἑρκέων πόθ' ὑμᾶς 678. ἔγωγ' ἐπίσταμαι γὰρ ἀρτίως, ὅτι Ὅτ' ἐχθρὸς ἡμῖν. — *Elect.* 332, καίτοι τοσοῦτόν γ' οἶδα κἀμαυτὴν ὅτι Ἀλγῶ 'πὶ — 617. ὁθούνεκα Ἔξωρα πράσσω *Oed. C.* 566. ἐπεὶ Ἔξοιδ' ἀνὴρ ὡς — 872. ὅτι Ἔργοις πεπονθώς. cf. ibd. 941. 956. Antig. 311. Trach. 936. Phil. 232. 482. 1366. Oed. R. 376 ἐπεὶ Ἱκανὸς Ἀπόλλων — Antig. 538 ἐπεὶ Οὔτ' ἠθέλησας. *Oed. C.* 956 ἐπεὶ Ἐρημία — *S. Elect.* 1362 ἐγὼ Ἤχθηρα. *Eur. Hippol.* 722 ἐγὼ Εὕρημα δή τι. *Aesch. Prom.* 259 ὅτι Ἥμαρτες 377. ὅτι Ὀργῆς. Eum. 98 ὅτι Ἔχω.

Quodsi locos, in quibus vocalis ultimi vocabuli elisa est, diligentius contemplati erimus, Hermanni sententiam, qui (Elem. doct. metr. p. 118) *monosyllabarum* dictionum vocalem in fine versus elidi dicat, non prorsus comprobari videbimus. ταῦτ' enim et μολόντ' in extremo versu et nos legimus et Hermannus ipse l. l. p. 36. inter reliqua exempla protulit. Sed quod Lachmannus et Porsonus de natura vocis in exitu versus decurtatae praecipiunt, verissimum est. Hic enim ad Med. 570 vocalem in fine versus elidi negat, nisi *syllaba praecedat longa:* Lachmannus autem l. l. p. 17. ubi versus, inquit, non finitur, sed in eiusdem vocabuli continuitate longius procurrit, aut in *elisione* vel *articulo* vel *praepositione*, *ibi nullus est syllabae ancipiti locus.* Et de elisione quidem Viro Doctissimo assentimur: sed eandem legem etiam *de articulis* et *praepositionibus* valere, non credimus. Nam etsi articuli eae tantum

formae versum claudunt, quae natura sunt longae vel consonarum positione producuntur: tamen, quoniam exempla omnino sunt rarissima, casu id factum esse arbitramur, praesertim quum praepositiones et coniunctiones, inter quas non magnum discrimen intercedere apparet, legem illam non confirment. Nam praepositio, in fine versus posita, uno tantum loco*), S. Oed. C. 495 ἐν Τῷ producitur: reliquis quatuor, Oed. R. 555. Phil. 626. Eur. Elect. 857. Rhes. 758, brevis est. Etiam ubi praepositiones adiectivum inter et substantivum collocantur, quatuor locis extrema praepositionis syllaba corripitur: quamquam Lachmannus hoc totum exemplorum genus diversum esse existimat, cum, sicut nos, de accentu praepositionis ita positae Apollonio et Herodiano assentiatur. *Coniunctiones* denique et *vocabula relativa*, etsi extrema syllaba non producatur, tamen in fine versuum legi posse, satis multa exempla ostendunt. Sic paullo supra ὅτι, ἡνίκα, οὕνεκα, quamquam proximum vocabulum a vocali incipit, in extrema senarii parte vidimus: eodem modo in brevem syllabam exeunt ὁ θοὔνεκα Τέθνηκ' S. Elect. 47. ὅσα Δένδρων Antig. 712. ὅσα Λέγει 688. ὅσα Κεύθει Oed. R. 1228. ὅ, τι Λοιπόν Aesch. Prom. 686. πόθεν Ἕξεις Choeph. 254. ἵνα Μοῖρ' Oed. C. 1545. cf. Antig. 1087. Trach. 1157. Aesch. Prom. 61. 832. — Quae quum ita sint, praeceptum illud a Lachmanno datum de senariis quidem tragicorum valere non posse apparebit, neque eo confirmabitur, quod, si atona in fine versus posita sunt, anceps syllaba locum non habet, quum illae voculae omnes praeter ἐν natura producantur.

§. 2. Num encliticae aliaque vocabula similia in principiis senariorum poni possint.

Quamquam disputatione nostra id quidem assecuti esse videmur, ut, senarios in fabulis tragicorum saepe artissime cohaerere binorumque versuum partes nonnumquam fere unum versum efficere, appareat: tamen inde non continuo sequitur, versum interpunctione cum antecedente senario coniectum *incipere* etiam posse a vocabulis quae in prima sententiae parte stare nequeant. Nam poetae tragici, quum fere omnia vocabulorum genera, quae a sequentibus disiungi non possunt, in fine versuum certis conditionibus ponere non vererentur, tamen in principiis versuum, quicum antecedentibus interpunctione connexi sunt, multo minore versati sunt licentia. Nusquam enim particulae μέν, δέ, γάρ, nusquam encliticae pronominum formae, μοῦ, μοί, μέ, νιν, nusquam fere alia vocabula, quae accentum in proximam vocem reiiciunt, quamquam versus a praegresso dirimi non potest, primam eius partem occupant: quid quod rarissima

*) Eur. Heracl. 92. olim quidem legebatur: οἶδ' εἰςακούσας καὶ πρίν· ἀλλὰ τοῦ ποτ' ἐν Χερὶ σᾷ κομίζεις νεοτρεφεῖς κόρους φράσον: quomodo nunc scribatur, cognosci licet ex Matth. not. ad h. l. — cf. Pflugk. ad l. l. Boeckh. not. crit. ad Pind. Oly. VI, 53.

etiam ea sunt exempla, in quibus, sententia vel circa finem alterius versus incipiente, vel non procul ab initio alterius absoluta, voces, quae, nisi maiore vi sunt pronuncianda enunciata incipere non solent, prima sunt alterius versus vocabula.

Qua de re quum Viros doctissimos in diversas partes discedere videremus: (Hermannus enim ad Soph. Ai. 965 (986) ubi bini versus interpunctione coniungantur, etiam initio alterius licita haberi dicit, quae aliter nisi in medio versu concessa non sint, Elmsleius autem cum aliis omnia eiusmodi exempla tentaverunt) ipsi igitur, quid in hac re poetae tragici sibi permitterent, inquirere constituimus, ut simul etiam, unde tota disputatio nostra progressa est, num praeceptum grammaticorum, quo pronomina propter τόπον ὀρθοτονεῖσθαι docemur, etiam de principiis senariorum valeret, diiudicaremus.

Ὅπως μή, de quibus verbis Herm. ad Soph. Ai. l. l. loquitur, solo versu disiungi supra ostendimus, ubi de coniunctione ὅπως egimus: neque admodum diversa sunt, quae Oed. R. 261. leguntur, εἰ κείνῳ γένος Μὴ 'δυστύχησεν, ἦν ἂν ἐκπεφυκότα, nisi quod alia vocabula inter εἰ et μή sunt interposita, et, quo loco maiore etiam intervallo distant, Oed. C. 1348. ἀλλ' εἰ μὲν, ἄνδρες, τῆσδε δημοῦχος χθονὸς Μὴ 'τύγχαν' αὐτὸς δεῦρο προςπέμψας ἐμοί. Simili ratione ὅσον μή disiuncta sunt Oed. R. 347. ἴσθι γὰρ δοκῶν ἐμοὶ) — εἰργάσθαι θ', ὅσον Μὴ χερσὶ καίνων. cf. etiam Antig. 178. — Multo magis offendit δῆτα in initio versus positum S. Ai. 986 οὐχ ὅσον τάχος Δῆτ' αὐτὸν ἄξεις δεῦρο. neque aliud eius generis vocabulum in tragicorum quidem fabulis eo loco positum invenimus. Quanto enim minus in initio alterius de senariis iunctis concessum sibi esse tragici putaverint, quam in exitu prioris, iam inde coniicere possis, quod vocabula, a quibus sententiae incipere non solent, etiam in principiis versuum, quamquam cum eo, qui antecedit, interpunctione iuncti sunt, rarissime collocantur, multaque, quae si rem per se spectas ferri posse videntur, tamen in initio versus pro illicitis sunt habita. Quis enim unquam praepositionem, si substantivum cum eo coniunctum in versu est, qui antecedit, in prima sequentis versus parte ponere est ausus, quamquam adverbium, praepositionis loco positum, Sophocles ita usurpare non dubitavit (Oed. C. 47 πόλεως Δίχ' ἔστι) et *exitum* versus, substantivo sequente, concedi posse praepositioni, supra vidimus. Et reliqua etiam exempla, quae in hac disputationis parte consideranda erant, fere duo tantum vocabulorum genera complectuntur: nam praeter ea vocabula, de quibus iam diximus, commemoranda modo fuerunt *pronomina possessiva* a substantivis suis versu diremta, *verbum* εἶναι in initio versus collocatum, *encliticae* denique ποτέ et τίς, quae semel prima sunt senarii vocabula: adiectiva enim, quae, quum substantiva in versu antecedente leguntur, versum proximum incipiunt, omitti posse videbantur: de pronominibus autem personalibus separatim dictum est. — Et pronomina quidem *possessiva*, nisi aliae causae accedunt, rarissime substantivo antecedente primum versus proximi

locum occupant, quamquam frequentissime ita a substantivis suis dirimuntur, ut ipsa in fine prioris, substantiva initio alterius versus legantur: quod his locis factum est. S. Ai. 1015. Elect. 359. 619. Oed. R. 63. 447. 1494. Antig. 453. 902. Oed. C. 303. 664. 789. Trach. 481. 572. 1257. Phil. 337. 665. 1063. Eur. Alcest. 289. Iph. A. 1169. 1213. Bacch. 1033. 1120. 1312. Heracl. 649. Et his quidem locis articulus praepositus est possessivo: sine articulo legitur: Soph. Ai. 1300. Oed. R. 1327. Antig. 466. Eur. Hec. 405. Orest. 629. Hippol. 307. Alcest. 345. 669. 780. Bacch. 20. Herc. f. 11. Heracl. 949. Hel. 54. 991. Rhes. 948. Protes. fr. VII. p. 316. ed. Matth. Aesch. Agam. 1377. 1394. Eumen. 91. 437. Choeph. 123. Fere ubique bini versus, qui substantivum et possessivum continent, interpunctione inter se sunt connexi: duo tantum loci eo nomine notandi fuerunt. Oed. C. enim 789 vulgo ita scribitur: *ἔστιν δὲ παισὶ τοῖς ἐμοῖσι τῆς ἐμῆς Χθονὸς λαχεῖν τοσοῦτον ἐνθανεῖν μόνον* sed, id quod Hermannus iam aliam ob caussam voluit, inter *τοσοῦτο* certe et *ἐνθανεῖν* commate distinguendum est: quo facto simillimum est exemplum, quod Trach. 572 legitur *ἐὰν γὰρ ἀμφίθρεπτον αἷμα τῶν ἐμῶν Σφαγῶν ἐνέγκῃ χερσίν, ᾗ μελαγχόλους* — Minus placet *Eur. Hel.* 991. *κτανεῖν δέδοκται τήνδ' ἐμοὶ κἄπειτ' ἐμὸν Πρὸς ἧπαρ ὦσαι δίστομον ξίφος τόδε Τύμβου 'πὶ νώτοις τοῦδ', ἵν'* — Fortasse, quamquam interpunctio non est necessaria, ante *κἄπειτα* distinguendum est: de Eurip. Alcest. 289 supra (p. 335) dictum est. Multo minus offensionis habet S. Oed. R. 1327. *πῶς ἔτλης τοιαῦτα σὰς Ὄψεις μαρᾶναι;* quamquam ceteris in exemplis distinctiones propius abesse solent. Iam vero *in initio* versus, si substantivum in proximo senario est, possessivum sine articulo rarissime legitur, paullo frequentius cum articulo coniunctum. Caussa eius rei non obscura: articulus enim si additus est, pronomen maiore quadam vi videtur pronunciandum esse. Et prioris quidem generis exemplum apud Sophoclem *unum* modo inveni: Phil. 1278. *ἀλλ' ἤθελον μὲν ἄν σε πεισθῆναι λόγοις Ἐμοῖσιν· εἰ δὲ μή τι πρὸς καιρὸν λέγων Κυρῶ, πέπαυμαι:* nam *Trach.* 550 cum emphasi dictum est: *μὴ πόσις μὲν Ἡρακλῆς Ἐμὸς καλῆται, τῆς νεωτέρας δ' ἀνήρ*: sic etiam Phil. 549, quamquam locus non prorsus est similis, cum substantivum non antecedat: *ὡς ἤκουσα τοὺς ναύτας, ὅτι Σοὶ πάντες εἶεν οἱ νεναυστοληκότες.* *Quatuor* exempla Euripidis fabulae praebent: Med. 873. *ὃς γήμας τύραννον, καὶ κασιγνήτους τέκνοις Ἐμοῖς φυτεύων* (distinctione ante *καὶ* vix opus est). *Suppl.* 475. *κἂν μὲν πίθῃ μοι, κυμάτων ἄτερ πόλιν Σὴν ναυστολήσεις· εἰ δὲ μή.* — *Alcest.* 804. *τὰ δ' ἄλλ' ἔασον ταῦτα καὶ πείθου λόγοις Ἐμοῖσιν, εἴπερ* — 1087. *δοκῶ γάρ, αὐτὴν εἰςορῶν, γυναῖχ' ὁρᾶν Ἐμήν· θολοῖ δὲ* — Apud Aeschylum haec notavimus exempla: Agam. 1198. *οἰκουρὸν, οἴμοι, τῷ μολόντι δεσπότῃ Ἐμῷ· φέρειν γάρ* — Prom. 1010. *τέγγῃ γὰρ οὐδὲν οὐδὲ μαλθάσσῃ λιταῖς Ἐμαῖς· δακὼν δέ* — *Eum.* 546. *καὶ μαρτυρήσων ἦλθον· ἔστι γὰρ δόμων Ἱκέτης ὅδ' ἀνὴρ καὶ*

δόμων ἐφέστιος Ἐμῶν· φόνου δέ: quo in loco vitium inesse omnes consentiunt editores. — Etiam hos versus interpunctione inter se esse connexos, per se patet: quod uno loco factum non est: *Aesch. Prom.* 302. ἢ θεωρήσων τύχας Ἐμὰς ἀφῖξαι, καὶ συνασχαλῶν κακοῖς: ubi quod vulgo post ἀφῖξαι ponitur comma tollendum est. Nec gratissimi sunt numeri, quamquam post pronomen ipsum distinguitur, Agam. 12. εὖτ' ἂν δὲ νυκτίπλαγκτον ἔνδροσόν τ' ἔχω Εὐνὴν ὀνείροις οὐκ ἐπισκοπουμένην Ἐμήν· φόβος γὰρ ἀνθ' ὕπνου παραστατεῖ. Ἐμὴν vix ferri potest: sed etiam ἐμοί, quod Stanl. et Bentl. coniecerunt et cum παραστατεῖ coniungi iusserunt, quum ordo verborum parum apte inversus sit, non valde placet: Wellauero omnia videntur sana esse. — Non sine maiore vi possessivum Aesch. Suppl. 360 in prima senarii parte positum est: Οὔτοι κάθησθε δωμάτων ἐφέστιοι Ἐμῶν· τὸ κοινὸν δ' εἰ μιαίνεται πόλις — *Addito articulo* pronomina possessiva paullo frequentius in principiis senariorum leguntur, quum substantiva sub finem sunt versus praecedentis. Quod modo de interpunctionibus diximus, valet id quidem etiam in his exemplis, sed possunt nonnumquam distinctiones paullo remotiores esse et in penthemimerin alterutrius versus cadere. Exempla, quae notavimus, haec sunt: Soph. Oed. C. 1265. καὶ μαρτυρῶ κάκιστος ἀνθρώπων τροφαῖς ταῖς σαῖσιν ἥκειν· τἄλλα μὴ 'ξ ἄλλων πύθῃ. (diversa sunt quae Ai. 430 leguntur.) Eur. Hec. 227 γίγνωσκε δ' ἀλκὴν καὶ παρουσίαν κακῶν τῶν σῶν· σοφόν τοι — 548. ἑκοῦσα θνήσκω· μή τις ἅψηται· χροὺς Τοὐμοῦ· παρέξω γάρ — *Phoen.* 1608 καὶ τάδ' οὐχ ὕβρει λέγω, Οὐδ' ἐχθρὸς ὢν σοι, διὰ δὲ τοὺς ἀλάστορας τοὺς σούς, δεδοικὼς μή τι γῇ πάθῃ κακόν. Sic recte a Porsono locus scribitur, nisi quod etiam post δεδοικώς distinguendum est: minus recte a Matthiaeo comma post σούς omissum est. *Med.* 744. ὄμνυ πέδον γῆς πατέρα θ' Ἥλιον πατρὸς τοὐμοῦ, θεῶν τε συντιθεὶς ἅπαν γένος. 788 τέκνα γὰρ κατακτενῶ, τἄμ'· οὔτις ἐστίν — *Ion.* 1285. ἐν συμμάχοις γὰρ ἀνεμετρησάμην φρένας Τὰς σάς, ὅσον μοι — *Bacch.* 367. Πενθεὺς δ' ὅπως μὴ πένθος εἰσοίσει δόμοις τοῖς σοῖσι, Κάδμε — *Herc. f.* 1089. ὦ Ζεῦ, τί παῖδ' ἤχθηρας ὧδ' ὑπερκότως τὸν σόν, κακῶν δέ — 1354. εἶμι δ' εἰς πόλιν τὴν σήν, χάριν. *Elect.* 366. ὃς συνεκκλέπτει γάμους τοὺς σούς, Ὀρέστην οὐ καταισχύνειν θέλων. 581. ἀλλ' οὐκ ἔτ', ὦ γεραιέ· συμβόλοισι γὰρ τοῖς σοῖς πέπεισμαι. *Andr.* 57. ἐπείπερ καὶ κατ' οἶκον ἠξίουν τὸν σόν, τὸ Τροίας ἡνίκ' — *Suppl.* 593. κἀμοὶ μὴ 'ναμίγνυσθαι τύχας τὰς σάς· ἐγὼ γάρ — *Rhes.* 520. δείξω δ' ἐγώ σοι χῶρον, ἔνθα χρὴ στρατὸν τὸν σὸν νυχεῦσαι τοῦ τεταγμένου δίχα: emphatice videtur dictum esse ibd. 850. τίς συντέτρωται; τίς τέθνηκε συμμάχων τῶν σῶν Alex. fr. VII, p. 35. δούλοισι γὰρ τοῖς σοῖσιν ἥκεις, τοῖς δ' ἐλευθέροισιν οὔ. *Aesch. Eumen.* 415. λέξας δὲ χώραν καὶ γένος καὶ ξυμφορὰς τὰς σάς, ἔπειτα — 619. τούτων ἐπῳδὰς οὐκ ἐποίησεν πατὴρ Οὑμός, τὰ δ' ἄλλα — *Prom.*

1020. *πατὴρ σπαράξει τήνδε, καὶ κρύψει δέμας τὸν σόν, πετραία δ'* —

Verbi *εἶναι* formae *encliticae* num in prima senarii parte collocari possent, dubitarunt viri doctissimi Elmsl., Matth., Pflugk., qui (ad Eur. Heracl. 389) *ἐστίν* in initio versus poni negant: contra Lachmannus (l. l. p. 24) et Wellauerus ad Aesch. Choeph. 91. patrocinium voculae ita positae susceperunt. Quid quod alii omnibus fere verbi *εἶναι* formis principia versus denegata fuisse existimaverunt? ut Luzac. (Exercitt. acadd. p. 22) qui, ut Matthiaeus refert, Eur. Hippol. 1407 (1381) *ὦ θεῖον ὀδμῆς πνεῦμα! καὶ γὰρ ἐν κακοῖς Ὢν, ᾐσθόμην σου κἀνεκουφίσθην δέμας* participium *ὢν* a praecedentibus avulsum atque initio senarii positum a scena Attica, a rotunditate praesertim Euripidea abhorrere ratus pro *ὢν ὡς* coniecit. Verba satis quidem sunt speciosa, sed usu, firmissimo, si recta accedit ratio, fundamento non fulciri, optime docebunt exempla, quae nunc, omissis iis in quibus, ut Soph. Oed. R. 1123. 1127. verbum substantivum simul sententiam incipit, ita disposita proferamus, ut primo loco ea commemoremus, in quibus formae verbi inclinationis expertes leguntur. Frequentissima exempla sunt *infinitivi praesentis temporis:* Soph. Oed. C. 934. Oed. R. 402. 549. Eur. Alcest. 786. Elect. 820. Aesch. Agam. 1064. 1101 (in melicis). Suppl. 281 (locus est suspectus) 383. 448. 741. Choeph. 860. 1027. (alio sensu v. 289 dictum est) Eumen. 850. *Participii* formae ab iis, quae antecedunt, versu dirimuntur his locis: *ὢν* Eur. Hippol. 1407. *οὖσα* Bacch. 317. *οὔσης* Eur. Suppl. 1236. *ὄντας* Phil. 1305. (diversus est locus Aesch. Choeph. 902, ubi interpunctio in fine prioris versus posita est.) *Optativum* ita positum invenimus *εἴην* Oed. R. 12. Rhes. 264. *εἴη* Eur. Elect. 397*): imperativum *ἔστω* Eur. Alcest. 434: *imperfectum ἦν* Soph. Elect. 698. Phoen. 13. 1417. Eur. Suppl. 782. *ἦσαν* Aesch. Prom. 676. Multo maior numerus est eorum locorum, in quibus versus cum antecedente coniunctus a tertia persona futuri temporis, *ἔσται*, incipit: Oed. C. 1432. Phil. 459. (Trach. 575 distinctio antecedit.) Eur. Phoen. 1213. Hippol. 1446 (Alcest. 1073 in fine prioris versus distinguitur.) Rhes. 970. Hel. 887: Aesch. Agam. 1151. (cuius loci ratio non prorsus similis est: nam *ἐκ καλυμμάτων Ἔσται δεδορκώς* idem est, ac si dixerit *ὄψεται.*) Eumen. 815. *Εἶ* denique Soph. Phil. 1365 in initio versus collocatum est, sed ita, ut cum participio, quod sequitur, iunctum minime offendat: *εἶτα τοῖςδε σὺ Εἶ ξυμμαχήσων* (') (*ξυμμαχήσεις*) *κἄμ' ἀναγκάζεις τάδε;* — Et *interpunctiones* quidem, cuius rei in hac quaestione diligentissime rationem habendam esse, saepius monuimus, *sedecim locis* (notavimus autem *triginta sex*) in secundo versu statim *post ipsum verbum εἶναι* factae sunt: Soph. Oed. R. 402. Eur. Alcest. 786. Aesch. Agam. 1064. 1101.

---

*) Adde Eur. Alcmen. fr. VI, ed. Matth. p. 29 *κἀφ' ὅτῳ τεταγμένος Εἴη τις, ἀνδάνοντα* — et Sisyph. fr. I, 14. p. 324.

Suppl. 383. 741. Choeph. 860. 1027. Eur. Suppl. 1236. Hippol. 1407. Oed. R. 12. Soph. Elect. 698. Eur. Phoen. 13. 1417. Aesch. Prom. 676. *Uno* loco (Eur. Elect. 820) in *secundo* iambo alterius versus signum interpunctionis positum est. Sed distinctiones etiam remotiores esse possunt: sic *sex locis* post *penthemimerin* secundi versus distinguitur: in priore versu aut *nulla* est distinctio, ut Soph. Phil. 459. Eur. Hippol. 1446. Rhes. 970. Aesch. Agam. 1151. aut iam post *primum* iambum, ut Rhes. 264, aut, quod maxime placet, post *quintum* iambum, ut Phil. 1306. In *quarto* iambo eius versus, quo verbum *εἶναι* continetur, *tribus* locis distinguitur: et Aesch. Eum. 815 alter versus nullam habet distinctionem: Oed. R. 549 et Eur. Suppl. 782 in tertio prioris versus iambo incisum est. *Bis post quartum iambum* interpunctionis signum positum est: Oed. C. 934, ubi in priore versu non distinguitur, et Eur. Phoen. 1213, quo loco etiam versus, qui antecedit, distinctionem post quartum iambum habet. *Quinque locis* is versus, in cuius initio verbum *εἶναι* positum est, *sine ulla distinctione* decurrit: is vero, qui antecedit, quod minime praetereundum est, vel *post penthemimerin*, ut Bacch. 317. et Oed. C. 1432, vel etiam post *quartum iambum* distinguitur, ut Soph. Phil. 1365. Eur. Elect. 397. Alcest. 434. — Minime placent numeri, si in neutro versu, nisi in ipso exitu secundi versus, interpunctio invenitur: quod factum est Aesch. Eum. 850 *ἔξεστι γάρ σοι τῆδέ γ' εὐμοίρου χθονὸς Εἶναι δικαίως ἐς τὸ πᾶν τιμωμένῃ* et Eur. Hel. 887. *ἔρις γὰρ ἐν θεοῖς σύλλογός τε σοῦ πέρι Ἔσται πάρεδρος Ζηνὶ τῷδ' ἐν ἤματι.* Suspectus est locus Aesch. Suppl. 281. *Ἰνδούς τ' ἀκούω νομάδας ἱπποβάμοσιν Εἶναι καμήλοις ἀστραβιζούσαις, χθόνα* —

Quum ita satis multis locis verbum *εἶναι* in principiis senarii collocari, alteram autem sententiae partem versu antecedente contineri viderimus, iam tertiam personam praesentis temporis *ἐστί*, quamvis propter sensum accentum inclinare debeat, aequiore fortasse animo feremus eodem in loco collocatam. Et de loco Sophocleo quidem (Oed. C. 1167) nemo, quod sciam, editorum dubitavit: *ὅρα κατ' Ἄργος εἴ τις ὕμιν ἐγγενὴς Ἔσθ', ὅστις ἄν* — Apud Euripidem *tria* invenimus exempla, quorum tamen unum tantum, quod Herc. f. 1295 legitur, *ἐστί* in initio versus poni posse comprobat: *κεκλημένῳ δὲ φωτὶ μακαρίῳ ποτὲ Αἱ μεταβολαὶ λυπηρόν· ᾧ δ' ἀεὶ κακῶς Ἔστ', οὐδὲν ἀλγεῖ**) — De reliquis duobus dubitari licet: nam *Heracl.* 386 *ὁ γὰρ στρατηγὸς εὐτυχὴς τὰ πρὸς θεῶν Ἐστὶν, σάφ' οἶδα, καὶ μάλ' οὐ σμικρὸν φρονῶν Ἐς τὰς Ἀθήνας· ἀλλά.* quamquam

*) Corruptus est locus Eur. Ino. fr. X, p. 200. *τοῦ καί ποτ' οἰκεῖ σώματος λαχὼν μέρος; Ἐν χερσὶν, ἢ σπλάγχνοισιν, ἢ παρ' ὄμματα Ἔσθ' ἡμῖν; ὡς* etc. *ἡμῖν* correpta altera syllaba apud Euripidem non invenitur: fortasse *ἕστηκεν* legendum est. — *Εἰσίν* Thes. IV, 9 p. 358 legitur: *λοξαὶ δ' ἐπ' αὐτῆς τρεῖς κατεστηριγμέναι Εἰσίν. Τὸ πεμπτὸν δ' οὐκ κτέ.*

ἐστίν per se ferri posse videtur, tamen cum recentioribus editoribus omnibus (nam etiam Matth. in commentariis sententiam mutavit) legendum existimamus *τὰ πρόςθεν ὧν Εἶσιν, σάφ' οἶδα.* — *Troad.* autem v. 385 *ἄλλοις τέκν' ἐκθρέψαντες· οὐδὲ πρὸς τάφους Ἔσθ' ὅστις αὐτοῖς αἷμα γῇ δωρήσεται* ea verborum est coniunctio, ut *ἔστι*, etiamsi non in initio versus legeretur, accentu notandum esset. Exemplorum, quae in *Aeschyli* fabulis leguntur, alterum (Choeph. 91) nullam habet dubitationem: *ἢ τοῦτο φάσκω τοὔπος, ὡς νόμος βροτοῖς Ἔστ', ἀντιδοῦναι τοῖσι πέμπουσι τάδε Στέφη*: Elmsleii enim coniectura inde tandem profecta est, quod *ἐστί* in initio versus ferri non posse sibi persuaserat: alterum, Agam. 1204, a Lachmanno, Elmsleio, aliis in dubium vocatum est: iniuria, ut nobis quidem videtur. Sensum enim satis bonum lectio codicum praebet: *τοιαῦτα τολμᾷ θῆλυς, ἄρσενος φονεὺς Ἐστίν τί νιν καλοῦσα*: interpunctio num post *τολμᾷ* ponatur, an post *θῆλυς*, non multum refert. Wellauerus, qui tamen de lectione sibi non constare dicit, *φονεύς Ἐστιν ἐγκλιτικῶς* scribit. Qua de re dubitare licet: nam in reliquis exemplis ea est antecedentis vocabuli ratio, ut enclitica necessario suum accipiat accentum: loco Sophocleo autem propter significationem *ὀρθοτονεῖσθαι* videri potest. Ac profecto, si verum dicere volumus, omnino encliticam, quae tenorem in vocem antecedentem deponat, quamquam versus cum proximo vel artissime sit connexus, in principiis senarii poni posse non existimamus. Neque enim solum, quid fieri potuerit, quaerendum est, sed etiam quid vere sit factum. Sic si quis senarios interpunctione ita coniungi audivit, ut extremum vocabulum prioris versus etiam elidatur, facile, id quod nonnullis accidisse vidimus, in errorem potest induci, numquam, si versus ita sint nexi, syllabae ancipiti in exitu prioris locum esse aut vocalem ferri posse, si primum proximi versus vocabulum a vocali incipiat: sed veteres poetas aliter de ea re iudicasse quaeque medio in versu illicita sunt, in exitu versus, quamquam numeri continuarentur, admisisse, supra multis exemplis docuimus. Eodem modo in principiis versuum iunctorum, quamquam multa licita fuerunt, tamen non omnia sibi concessisse poetas, satis constat: vocem certe vere *ἐγκλινομένην* nusquam nisi in Aeschyli Agamemnone invenimus: quam ob rem, quod ab aliis editoribus factum est, etiam illo loco verbum accentu signandum esse putamus. Duo praeterea notandi sunt loci, in quibus encliticae *ποτέ* et *τινός* in eodem versu vocabulum, in quod accentum reiiciant, non habent. At altero in loco, qui est in Soph. Oed. R. 1084, ubi post secundam thesin versus alterius interpungitur, *τοιόςδε δ' ἐκφὺς οὐκ ἂν ἐξέλθοιμ' ἔτι Πότ' ἄλλος, ὥστε* — enclitica, praeterquam quod in fabula id factum est, in qua multa praeter consuetudinem facta esse vidimus, propter tenorem vocabuli proximi (*ἔτι*) accentum deponere non potuit: unde quodam modo in *orthotonumenon* numero est habenda. Qua excusatione quamquam in altero quoque loco (Aesch. Choeph. 527) uti possumus: *ἐν σπαργάνοισι παιδὸς ὁρμῆσαι δίκην τινὸς βορᾶς χρῄζοντα, νεογενὲς δάκος.*

*Καὐτὴ προςέσχε μαζὸν ἐν τὠνείρατι**): tamen huic quidem loco, quum neque numeri interpunctione coniungantur et enclitica non tam ad verba quae antecedunt, quam sequentia pertineat, verborum traiectione medendum esse arbitror: quae medela lenissima est, si *τινός* et *βορᾶς* sedes commutant *βορᾶς τινὸς χρῄζοντα.*

Sed haec hactenus: iam ad ultimam disputationis partem transeundum, in qua de pronominibus absolutis in prima versuum parte positis disserendum esse diximus.

§. 3. De pronominibus in initio senarii positis.

Enclitica pronomina, quamvis bini versus interpunctione coniuncti essent, initio senarii collocari non posse, iam supra diximus. Exstant quidem nonnulla exempla, in quibus pronomina *ἀπόλυτα* versum exordiuntur: omnibus tamen locis pronomina suum servant tenorem. Haec igitur sive ob *τόπον*, sive *ποιητικῇ ἀδείᾳ ὀρθοτονεῖσθαι* existimanda sunt. Nam quae pronomina maiore vi dicta sunt totamque sententiam incipiunt, ea in principiis senarii posita neminem profecto offendent. cf. *Soph. Trach.* 65. *Σὲ* (al. *σοὶ*) *πατρὸς οὕτω δαρὸν ἐξενωμένου, τὸ μὴ πυθέσθαι, ποῦ 'στιν, αἰσχύνην φέρει.*, ad quem locum Hermannus: *Σέ* initio positum, quia hunc potissimum illud agere oportebat. *Phil.* 590. *Σὲ θήσομεν τῶνδ' αἴτιον.* Eodem modo explicanda videntur, quae Trach. 298 leguntur: (magna me laetitia affecerunt, quae de Hercule audivi) *ὅμως δ' ἔνεστι τοῖσιν εὖ σκοπουμένοις ταρβεῖν τὸν εὖ πράσσοντα, μὴ σφαλῇ ποτέ. Ἐμοὶ γὰρ οἶκτος δεινὸς εἰςέβη, φίλαι* — ubi *ἐμοί* fere idem valet, quod *ἔμοιγε.* — *Oed. C.* 826. *ὑμῖν ἂν εἴη τήνδε καιρὸς ἐξάγειν Ἄκουσαν, εἰ θέλουσα μὴ πορεύεται. Herc. f.* 1383 Hercules arma facit ad se loquentia: *Ἡμῖν τέκν' εἷλες καὶ δάμαρθ'· ἡμᾶς ἔχεις Παιδοκτόνους σούς.* — *Oed. C.* 389. (*OI. τί δὲ τεθέσπεσται, τέκνον.*) *ΙΣ. Σὲ τοῖς ἐκεῖ ζητητὸν ἀνθρώποις ποτὲ Θανόντ' ἔσεσθαι ζῶντά τ', εὐσοίας χάριν.* 1164. *ΘΗ. σοῦ γὰρ ὥς λέγουσί μοι, Βραχὺν τιν' αἰτεῖ μῦθον, οὐκ ὄγκου πλέον. OI. Ποῖόν τιν'*; — *ΘΗ. Σοὶ φασὶν αὐτὸν ἐκλόγους ἐλθεῖν μολόντ' Αἰτεῖν* — 1308. *τί δῆτα νῦν ἀφιγμένος κυρῶ; Σοὶ προςτροπαίους, ὦ πάτερ, λιτὰς ἔχων.* Erunt fortasse, qui his quidem locis, quos extremo loco posuimus, pronomina *ἀπολύτως* dicta esse existiment: sed scriptores aliter iudicasse, locus quem pronominibus

---

*) Nec praetereundum est, etiam post *δίκην* interpungendum esse, ita ut enclitica *τινός* etiam multo minus in initio versus collocari possit. Wellauerus, quoniam sensus perspicuus non sit et prae ceteris *τινός* (v. 523) ferri nequeat, singulos versus Choro et Oresti tribuit et pro *τινός* scribit *τίνος*, signo interrogationis in fine versus posito: versu autem 524 antiquam lectionem *αὐτή* pro *καὐτή* servavit. Et profecto non displicet emendatio illa, dummodo appareat, qui fieri potuerit, ut Orestes, quum e Choro audivisset, draconem infantis instar in fasciis iacuisse, statim quaereret *τίνος βορᾶς χρῄζοντα;* quum de cibo Chorus nihil dixisset. —

assignarunt primarius ostendit. Et sic etiam de eiusmodi exemplis statuendum esse arbitror, quale est Oed. R. 774, ubi Oedipus ab Iocasta de se narrare iussus ita infit: Ἐμοὶ πατὴρ μὲν Πόλυβος ἦν Κορίνθιος, μήτηρ δὲ Μερόπη Δωρίς et Eur. fragm. Pirith. V. p. 304 ed. Matth., ubi Hercules prorsus eodem modo Ἐμοὶ πατρὶς μέν, inquit, Ἄργος, ὄνομα δ' Ἡρακλῆς: pronomen initio sententiae positum animos audientium ad eum convertit, qui de se verba facere incipit. Eur. Suppl. 336. Theseus ab Aethra monitus, ut supplicibus opem ferat, Ἐμοί, ait, λόγοι μέν, μῆτερ, οἱ λελεγμένοι Ὀρθῶς ἔχουσ' εἰς τόνδε — De aliis exemplis, ut est de his rebus lubricum iudicium, dubitare licebit: neque offenderet pronomen, alio loco positum: ut S. Ai. 1362. Ἡμᾶς σὺ δειλοὺς τῇδ' ἔθ'. ἡμέρᾳ φανεῖς. Aesch. Suppl. 604. (τόνδε κραινόντων λόγον.) Ἡμᾶς μετοικεῖν τῆςδε γῆς ἐλευθέρους. —

Etiam ea exempla, in quibus ante pronomen initio versus positum in antecedente senario minore interpunctione distinguitur, ab hoc loco, ubi de *iunctis* versibus agitur, aliena sunt: sed quum supra P. I. §. 1. omissa sint, non abs re erit, si quos notavimus locos hic recensebimus. Et primum quidem a reliquis seiungenda sunt ea exempla, in quibus pronomen ob significationem inclinari non poterat: ἐμοῦ S. *Oed. R.* 707 σὺ νῦν ἀφεὶς σεαυτόν, ὧν λέγεις πέρι, Ἐμοῦ 'πάκουσον καὶ μάθ' — S. *Elect.* 1462. ὡς Στόμια δέχηται τἀμὰ μηδὲ πρὸς βίαν, Ἐμοῦ κολαστοῦ προςτυχών, φύσῃ φρένας. σοῦ *Eur. Phoen.* 1606 οὐ μήποτε, Σοῦ τήνδε γῆν οἰκοῦντος εὖ πράξειν πόλιν. σέθεν Iph. T. 366. μήτηρ δ' ἐμή, Σέθεν κατακτείνοντος, Ἀργεῖαί τέ νιν Ὑμνοῦσιν ὑμεναίοισιν. σοί *Eur. Phoen.* 770. (γάμους — Ἀντιγόνης — παιδός τε σοῦ Αἵμονος, ἐάν τι τῆς τύχης ἐγὼ σφαλῶ,) Σοὶ χρὴ μέλεσθαι *Herc. f.* 1330. (ἅ—δεῦρ' ἔχω) — ταῦρον Κνώσσιον κατακτανών, Σοὶ ταῦτα δώσω πανταχοῦ δέ μοι — *Aesch. Sept. cf. Theb.* 617. ἁλώσιμον παιᾶν' ἐπεξιακχάσας, Σοὶ συμφέρεσθαι καὶ κτανὼν θανεῖν πέλας. ἐμοί *Soph. Elect.* 428 πρὸς νῦν θεῶν σε λίσσομαι τῶν ἐγγενῶν, Ἐμοὶ πιθέσθαι μηδ' ἀβουλίᾳ πεσεῖν. *Aesch. Eumen.* 293. οὐδ' ἀντιφωνεῖς, ἀλλ' ἀποπτεύεις λόγους, Ἐμοὶ τραφεὶς τε καὶ καθιερωμένος; ἐμέ *S. Phil.* 622 οἴ μοι τάλας ἦ κεῖνος ἡ πᾶσα βλάβη, Ἔμ' εἰς Ἀχαιοὺς ὤμοσεν πείσας στελεῖν; ἡμῶν *S. Phil.* 1068 χώρει σύ· μὴ πρόςλευσσε, γενναῖός περ ὤν, Ἡμῶν ὅπως μὴ τὴν τύχην διαφθερεῖς: (est quaedam oppositio: ne illius miseritus, nos perdas.) *Eur. Andr.* 558 ὕπαρνος γάρ τις ὣς ἀπόλλυσαι, Ἡμῶν ἀπόντων τοῦ τε κυρίου σέθεν. ὑμῖν *Oed. T.* 222 νῦν δ', ὕστερος γὰρ ἀστὸς εἰς ἀστοὺς τελῶ, Ὑμῖν προφωνῶ πᾶσι Καδμείοις τάδε: *Phil.* 937. ὦ καταῤῥῶγες πέτραι, Ὑμῖν τάδ', οὐ γὰρ ἄλλον οἶδ' ὅτῳ λέγω, Ἀνακλαίομαι. — Sed etiam ubi τὸ σημαινόμενον orthotonesin non flagitat, pronomina, si distinctio antecedit, ut medio in versu nonnumquam id fieri vidimus (P. I, §. 1.) suo accentu notanda sunt. Exempla rara sunt et aliis, quibus nos quidem plerumque non valde adversabimur, fortasse priori generi ad-

numerari posse videbuntur. *σοί* S. *Ai.* 1328 *ἔξεστιν οὖν εἰπόντι τἀληθὲς φίλῳ, Σοὶ μηδὲν ἧσσον ἢ πάρος ξυνηρετμεῖν;* *Eur. Iph. T.* 1420. *κἀγὼ μὲν εὐθὺς πρὸς σὲ δεῦρ' ἀπεστάλην, Σοὶ τὰς ἐκεῖθεν σημανῶν, ἄναξ, τύχας.* *σοῦ* *Oed. R.* 1005. *καὶ μὴν μάλιστα τοῦ τ' ἀφικόμην, ὅπως, Σοῦ πρὸς δόμους ἐλθόντος, εὖ πράξαιμί τι.* *σέ* *Soph. Elect.* 808. (*ὥς μ' ἀπώλεσας θανών.*) *Ἀποσπάσας γὰρ τῆς ἐμῆς οἴχει φρενὸς, Αἵ μοι μόναι παρῆσαν ἐλπίδων ἔτι, Σὲ πατρὸς ἥξειν ζῶντα τιμωρόν ποτε.* — Iam extremo loco de iis exemplis dicendum est, in quibus versus a pronomine incipit media fere in sententia posito. Et eos quidem locos, in quibus etiam alia orthotoneseos caussa aperta est, ut *ἀντιδιαστολή* vel *συμπλοκή* nullo incommodo praeteriri poterant: ut *Soph. Elect.* 519. *νῦν δ', ὡς ἄπεστ' ἐκεῖνος, οὐδὲν ἐντρέπει Ἐμοῦ γε· καίτοι* —: *ἀντιδιασταλτικῶς* dictum est *Eur. Alcest.* 636 *ὦ τόνδε μὲν σώσασ', ἀναστήσασα δὲ Ἡμᾶς πιτνοῦντας, χαῖρε.* — Iam propter *συμπλοκήν* pronomen, etsi alio loco positum esset, *ὀρθοτονεῖσθαι* debuit: *Oed. C.* 308 *ἀλλ' εὐτυχὴς ἵκοιτο τῇ θ' αὑτοῦ πόλει Ἐμοί τε* — *Soph. Elect.* 461 *σοί θ' ὑπούργησεν τάδε Ἐμοί τ' ἀρωγὰ τῷ τε φιλτάτῳ βροτῶν.* *Eur. Suppl.* 476 *εἰ δὲ μὴ, πολὺς κλύδων Ἡμῖν τε καὶ σοὶ συμμάχοις τ' ἔσται δορός.* His exemplis etiam ea adiungimus, in quibus, ut Apoll. de pron. p. 50, B. docet, pronomen *ἐκτὸς τῆς συμπλοκῆς* positum (*δός μοι καὶ Ἀπολλωνίῳ*) inclinari solet, quum etiam *ὀρθοτονήσεως* exempla nonnumquam inveniatur *): *Eur. Heracl.* 281. *λαμπρὸς δ' ἀκούσας σὴν ὕβριν φανήσεται Σοὶ καὶ πολίταις γῇ τε τῇδε καὶ φυτοῖς·* *Hippol.* 1171. *μερίμνης ἄξιον φέρω Σοὶ καὶ πολίταις, οἵ* — *Iph. T.* 1427 *καὶ νῦν παρέξει τὸν Ἀγαμέμνονος γόνον Σοὶ καὶ πολίταις, ὡς ἔοικεν* — Sic etiam caussa orthotoneseos non obscura est in iis exemplis, ubi vel *genitivus in comparatione* positus est, ut *Eur. Andr.* 6 *νῦν δ' οὔ τις ἄλλη δυστυχεστέρα γυνὴ Ἐμοῦ πέφυκεν ἢ γενήσεταί ποτε,* vel *dativus a pronomine ὁ αὐτός* pendet **): in eius-

*) Multo frequentius encliticae pronominum formae ita ponuntur, ut Eur. Phoen. 447. *παῦσαι πόνων με καὶ σὲ πᾶσαν πόλιν:* ad quem locum Schaeferus minus recte: nota usum enclitici *με*, ubi exspectes *ἐμέ*. — Phoen. 1360 *μεγάλα μοι θροεῖς πάθεα καὶ πόλει.* Alcest. 781. *ἤ μοι πᾶσί τ' οἰκέταισιν ἦν Μήτηρ.* Troad. 69. *οὐκ οἶσθ' ὑβρισθεῖσάν με καὶ ναοὺς ἐμούς.* Soph. Antig. 95. *ἔα με καὶ τὴν ἐξ ἐμοῦ δυσβουλίαν:* et aliis permultis locis. *Orthotonumeni* pronominis exempla rarissima sunt: Eur. Tro. 408 *τοὺς γὰρ ἐχθίστους ἐμοὶ καὶ σοὶ γάμοισι τοῖς ἐμοῖς διαφθερῶ* et, ubi proximi vocabuli vocalis elisa est: Phoen. 943. Oed. C. 985. Hom. Od. *τ*, 569. —

**) Genitivi, qui a comparativo pendet, orthotonumeni exempla apud Homerum frequentissima sunt, et apud tragicos etiam plerumque *ὀρθοτόνως* scribitur. *Inclinato* accentu legitur Od. *ε*, 170. *οἵ μευ φέρτεροί εἰσι:* praeterea etiam eo loco, quo Apoll. de pron. p. 98. pronomen *ἔθεν* etiam inclinari posse docet, genitivus est comparativus: Il. *Α*, 114. *ἐπεὶ οὔ ἑθέν ἐστι χερείων:* cf. etiam Herod. in Bekk. Anecd. p. 1146, qui Il. *Ο*, 165. inclinato accentu scribit *ἐπεί ευ φημι βίῃ πολὺ φέρτερος εἶναι,* quamquam loco simillimo ibd. 181 scribitur *ἐπεὶ σέο φησὶ βίῃ πολὺ φέρτερος εἶναι.*

Ich, der Minos der Vater und Mutter die Tochter des Phöbus
Und, was das Höchste mir galt, die ich verlobet mit Dir.
Wenn ich das Meer, die Länder, die weit sich erstreckenden Küsten
Sehe: Gewässer und Land drohen mir Tod und Gefahr.

Selber am Himmelszelt bang' fürcht' ich die Bilder der Götter,
Weh der Verlassnen, die ach, gierigen Thieren zum Raub.
Wohnten auch Männer und bauten das Land, nicht traute ich ihnen,
Fremde — da Du mich getäuscht — hab' ich zu fürchten gelernt.
Wenn noch Androgeos lebte, dann hätte das attische Land wohl
Für des Getödteten Mord nimmer so blutig gebüsst,
Noch auch hätte Dein Arm, Theseus, mit geschwungener Keule
Jenen erschlagen, der halb Stier und zur Hälfte ein Mann.
Und dann hätte ich nicht zum Weiser des Weges den Faden
Selbst Dir geliehn, den die Hand emsig und mühevoll spann.

Ovid's zehnte Heroide.

Wahrlich es wundert mich nicht, dass Du siegreich aus dem Kampfe
Kehrst, und des Unthiers Blut kretischen Boden getränkt,
Denn Dein ehernes Herz war nicht vom Horn zu durchbohren
Und ohn' Panzer geschützt war Dir die stählerne Brust;
Wahrlich die ist von Stein, ist härter als Eisen und Demant,
Kein fühlloseres Herz schlug wol in lebender Brust.
Unglückseliger Schlaf, was hast du mich Arme umfangen,
Hieltest in düsterer Nacht ewig mein Aug' du umflort!
Ihr auch, o grausame, zu sehr dienstfertige Winde,
Welche zum Unheil mir schwellten die Segel zur Fahrt;
Unheilbringende Hand, die mich und den Bruder getödtet,
Und du eiteler Schwur, den mir der Treulose gab:
Mich zu verderben verbanden sich Schlummer und Winde und Eidschwur,
Mich zu vernichten allein wirkten drei Mächte vereint.
Also soll ich nun sterbend, um mich wehklagend die Mutter
Nimmer erschauen, und nicht drückt sie die Augen mir zu.
Mein unglücklicher Oden verfliegt in fremde Gefilde,
Nicht eine Freundin salbt ach den entseeleten Leib.
Seegevögel verweilt bei den unbegrabnen Gebeinen,
Hat meine Liebe und Angst solcherlei Schmach wol verdient.
Doch Du kehrst zur cecropischen Stadt und auf heimischen Fluren,
Wann Du auf prangendem Schloss stehst mit gebietendem Blick,
Wirst Deine Heldenthaten, des Minotaurus Ermordung,
Und durch der Gäng' Irrsaal Deinen gefährlichen Weg
Laut Du verkünden, o dann erzähl' auch von mir der Verlassnen,
Denn Deiner Thaten Ruhm mehrt auch mein trauriges Loos.
Wahrlich des Aegeus nicht und nicht der pittheischen Aethra
Sohn bist Du, Dich erschuf Meer und gefühlloser Stein.
Wollten die Götter Du hättest mich fern von dem Schiffe gesehen!
Hätte die Jammergestalt doch Deinen Sinn wol gerührt.

Jetzt noch — erblicke mich nicht mit den Augen, erschaue im Geist mich
Hangend am harten Gestein, welches die Woge bespült,
Schau der Trauernden Haar, das über die Wangen herabrollt,
Schau wie der Thränenstrom netzte mein zartes Gewand.
Ach und die Glieder schauern, wie Saat vom Sturme gebeuget,
Selbst auch die Zeichen des Briefs zeigen der Bebenden Hand.
Nicht weil liebende Treu Dich hegete fleh' ich um Beistand,
Kein vergeltender Dank werde der Liebe zu Theil,
Aber auch Strafe doch nicht, hätt' nicht ich das Leben gerettet
Dir, so verdien' ich doch nicht, dass Du dem Tode mich weihst.
Hier die Hände, den schmerzerfüllten Busen zu schlagen
Müde, ich strecke sie Dir nach zum unendlichen Meer,
Zeige das wallende Haar, das die Trauer der Armen gelassen,
Fleh' bei den Thränen Dich an, welche mein Auge Dir weint:
Wende Dein Floss, Theseus, kehr heim mit glücklichem Winde,
Sterb' ich auch früher, o dann sammelst doch Du meinen Staub!

Dr. *J. Henning.*

Horazische Uebertragungen.

Sat. II, 6.

Das hab' ich mir gewünscht, ein Stück Land mässiger Grösse,
Wo ein Garten und nah dem Hause ein springender Brunnen,
Und etwas Wald noch dabei. Doch reicher und besser versahen
Mich die Götter. Ich fühle mich wohl! Nichts bleibt mir zu wünschen,
Maia's Sohn, als dass diese Gaben du stets mir erhaltest.
Wenn ich weder mein Gut je vermehrt auf verbotene Weise,
Noch durch Verschwendung es auch oder Schuld mir werde vermindern,
Nicht, wie ein Thor, mir erfleh': „O, wenn doch der Winkel daneben
Käm' noch hinzu, der jetzt mir entstellt des Ackers Gevierte!" —
„O, wenn mir doch das Glück einen Topf Geld zeigte, wie jenem
Pächter, der selbst sich erkauft mit gefundenem Schatze den Acker,
Den vordem er bebaute, bereichert durch Herkules' Gnade!" —
Wenn mich erfreut, mir gefällt, was ich habe, so hör' meine Bitte:
Mache dem Hausherrn schwer das Vieh und das Uebrige, nur nicht
Auch seinen Geist; steh' bei, wie du thust, mir als mächtiger Schutzgott!
Also, da ich aus der Stadt in's Gebirg und die Burg mich zurückzog,

Was pries eher ich da mit Satiren und niederer Dichtung?
Weder der Ehrsucht Weh trifft hier mich, noch bleierner Südwind.
Und der erschreckliche Herbst, Erndtzeit Libitina's der herben.
Morgensgott oder hörst du Janus lieber dich nennen,
Von dem des Lebens und Thuns Arbeiten die Menschen beginnen
Immer zuerst — so gefiel es den Göttern —, du seist meines Liedes
Anfang. Zu Rom reisst gleich du fort mich als Bürgen. „Nu ja, gleich!"
„„Dass nicht *vor* dir gar anbiete sich einer, so eil' doch!""
Mag nun furchen das Land der Nordwind oder der Winter
Führen den schneeigen Tag in engerem Kreise, du musst fort!
Drauf, wenn ich deutlich, bestimmt, was mir wohl schadet, gesprochen,
Muss ich mich erst durchschlagen und Weh thun langsamen Leuten.
„Was, unsinniger Mensch, willst du?" so schlägt dann mit Flüchen
Einer gar arg auf mich los. „Sie drängen zur Seite ja Alles,
Wenn in gedenkendem Geist Sie eilen zurück zu Mäcenas!"
Dies freut, thut mir so wohl. Wie sollt' ich es leugnen? Doch, wenn ich
Auf den Esquilien bin den dunkeln, so schwirren mir hundert
Fremde Geschäfte um Kopf und Herz. „Sie möchten vor acht Uhr
Morgen am Puteal sein, lässt Sie Herr Roscius bitten. —
Wegen gemeinsamen Punkts, der wichtig und sonderlich, komme
Heut' Herr Quintus zurück noch einmal, ersuchen die Schreiber. —
„Machen Sie, dass mein Gesuch mit dem Ring Mäcenas besiegle!" —
Sagst du: „Ich will einmal sehn," so drängt man: „O, wenn Sie nur wollen!"
Bald ist das siebente Jahr, schon näher dem achten, vergangen,
Seitdem Mäcenas mich zu rechnen zum Kreise der Seinen
Anfing, aber nur also, dass er mitnehme im Wagen
Zur Spazierfahrt mich und vertraue mir nichtige Dinge,
Wie: „Wie viel Uhr? Ist Thrax Gallina dem Syrus gewachsen?
Kühl ist es Morgens bereits; leicht kann man da sich erkälten,"
Und was ohne Gefahr man entdeckt unsicheren Ohren.
All die Zeit traf mich nun der Neid tagtäglich und stündlich
Stets mehr. Hatte der Herr mit mir die Spiele gesehen,
Hatte gespielt auf dem Platz, so heisst es: „Das nenn' ich ein Glückskind!"
Weht durch die Strassen hindurch vom Forum ein kaltes Gerücht, gleich
Fragt mich ein Jeder, der mir auf der Strasse begegnet: „Mein Bester —
Denn Sie wissen's gewiss, da zunächst Ihro Gnaden sie stehen —
Haben Sie nichts denn gehört von den Dacern?" „„Gar nichts!"" „Wie Sie stets uns
Halten zum Besten!" „„Es mag mich der Zorn von den Himmlischen allen
Treffen, wenn ich nur was weiss."" „Wird Cäsar denn den Soldaten
In Sicilien verleihn oder hier die versprochenen Güter?"
Schwöre ich nichts zu wissen, so sehn sie mit Staunen mich all' an

Als einen Sterblichen von gar tiefem, beharrlichen Schweigen.
Also verliert man den Tag so erbärmlich. Wie wünscht man sich dann wohl:
„O Land, wann werd' schauen ich dich, wann werde ich dürfen
Jetzt in die Alten vertieft, dann in Schlummer und müssigen Stunden
Gänzlich vergessen die Welt und das sorgenbelastete Leben!
O, wann steht von Pythagoras Bohn' mir ein Spross' auf dem Tische
Wieder und Kohl, der fett mir genug, mit tüchtigem Specke!"
O ihr Mahle der Götter und o ihr Nächte, bei denen
Ich vor dem eigenen Herd' mit den Meinigen schmaus' und die wilden
Jungen mit Kuchen erfreu'! So wie's einem Jeden gelegen,
Leert seinen Becher der Gast nach eigenem Maasse, befreit von
Jedem unsinn'gen Gesetz, will er einen starken Pokal nun
Tapfer im Trinken, behagt ihm ein schwächerer mehr. Da entspinnt sich
Nicht ein Gespräch über's Haus und die Villa des Andern, man streitet
Nicht ob im Tanz Lepos ein Meister; wir sprechen von dem nur,
Was uns näher berühret und was zu wissen uns nöthig,
Ob uns Reichthum beglückt oder ob nur die Tugend, und was uns
Zieht zu der Freundschaft denn hin, ob edle Gesinnung, ob Vortheil,
Und was das Wesen des Guten und was das Höchste desselben.
Nachbar Cervius schwatzt unterdessen uns passende alte
Fabeln vor. Wenn lobt des Arellius bekümmerten Reichthum
Einer, der nichts davon kennt, so beginnt er: „Es war einmal eine
Landmaus, die aufnahm in ärmlichem Loch eine Stadtmaus,
Schon seit längerer Zeit Gastfreundin, die alte Bekannte,
Arbeitsam und zu Rath das Erworbene haltend, doch so dass
Sie bei Besuchen den Geist von Sorgen befreite. Und kurz nicht
Schont' sie der Erbsen, die lang sie gespart, noch des länglichen Hafers,
Bracht' in dem Munde herbei Rosinen und halbschonverzehrte
Stücke von Speck; denn sie sann durch Wechsel der Speisen des Gastes
Ekel zu bannen, der stolz mit den Zähnen nur Alles berührte,
Während die Hausfrau selbst in heuriger Spreu da gebettet
Trespe nur ass und Spelt, stehn lassend die besseren Speisen.
Endlich beginnt zu ihr die Stadtmaus: „Liebste, was hast du
Denn für Lust zu leben so karg auf waldigem Abhang?
Wirst du nicht vorziehn die Stadt und die Menschen der Wildniss?
Mache doch, traue du mir, dich sogleich auf den Weg mit! Da alles
Irdische sterbliche Seelen nur hat und nicht für den Grossen,
Nicht für den Kleinen dem Tod' zu entgehen ein Mittel, so lass uns
Denn, so lang' es noch geht, in Wohlstand leben beseligt!
Sei doch nur immer gedenk, wie kurz das Leben!" Da dieses
Stachelt die Landmaus, springet sie leicht aus der Wohnung; von dort nun
Geh'n den besprochenen Weg sie zusammen, nur strebend zur Nachtzeit
Unter der Stadtmau'r durch zu kriechen. Es hatte die Nacht schon
Jetzo den mittleren Raum des Himmels erreicht, als die beiden
Ein wohlhabendes Haus da betreten, wo Decken erglänzen
Roth in Scharlach gefärbt über elfenbeinernen Sophas;

Und vom gewaltigen Mahl war viel noch übrig geblieben,
Das von gestern da lag in der Nähe in Körben gehäufet.
Als sie die Landmaus nun zum Sitzen auf purpurner Decke
Hatte genöthigt, da läuft sie dem immer geschäftigen Wirth gleich,
Hält das Mahl in Gang und beim Serviren des Tisches
Nascht sie nach Sclavenmanier; sie beleckt, was Alles sie aufträgt:
Jene da liegend erfreut sich der glücklichen Wendung der Dinge,
Macht den fröhlichen Gast in Wonne, als plötzlich die beiden
Wirft von den Sophas herab ein erschreckliches Rasseln der Thüren.
Wie läuft zitternd man da durch das ganze Gemach und noch höher
Steiget die bebende Angst, als ertönt vom Gebell der Molosser
Hunde das schallende Haus. „Nicht wünsch' ich ein Leben der Art mir“
Spricht da die Landmaus. „Leb' wohl! Mir wird mein Loch und die Waldung,
Wo von Gefahren ich frei, lieb sein auch bei niederer Erve.“

Epist. I, 3.

Julius Florus, an was für Enden der Welt mit dem Heere
Claudius weilt, des August Stiefsohn, das wünscht ich zu wissen:
Ob euch Thrakien und Hebrus gebannt von der Fessel des Winters,
Ob euch die Fluth, die strömt dort zwischen benachbarten Thürmen,
Oder ob Asiens Gefild mit den fruchtbaren Höhen euch halten.
Und die Cohorte was treibt sie geschäftig? Auch danach verlang' ich.
Wer übernimmt es von euch des August Grossthaten zu schreiben,
Wer wird Frieden und Krieg überliefern der spätesten Nachwelt?
Was macht Titius, nächstens genannt von römischen Zungen,
Der nicht schreckte zurück vor den Zügen pindarischer Quelle,
Der zu verschmähen gewagt die offenen Seeen und Bäche?
Wie lebt er und gedenkt er noch mein und versucht er,
Thebisches Lied auf der Muse Geheiss auf römischer Saite?
Oder er wüthet vielleicht und schwillt in tragischer Kunst auf?
Was doch mein Celsus wohl macht, der gemahnt und noch immer zu mahnen
Sich zu erwerben doch eigenen Schatz und nicht zu berühren
All' *die* Werke, die schon aufnahm Palatiner Apollo,
Dass nicht gar einmal ihre Federn zurück sich zu fordern
Kommen die Vögel gesammt und beraubt der gestohlenen Farben
Werde die Krähe verspottet. Und du selbst, sag', was beginnst du?
Was für Thymian umfliegst du beweglich? Du hast keinen kleinen
Geist, dem es mangelt an Pflege, noch ist er dir hässlich verwildert.
Schärfst zur Vertheidigung du die Zunge, versuchst dem Befrager
Auszulegen das Recht, willst liebliche Lieder du bilden,
Dich wird schmücken zuerst der siegende Epheu. O, wenn du

Könntest entsagen doch nur dem kalten Verbande der Sorgen,
Dorthin würdest du gehn, wo die himmlische Weisheit dich hinführt.
Dies Werk müssen wir all', so Hohe, wie Niedre betreiben,
Wollen dem Staat wir werth, wir werth uns selber auch leben.
Auch dies musst du zurück mir schreiben, ob dir so theuer
Ist, wie's billig und recht, dein Munatius. Ob wohl die Freundschaft
Uebel geheilt nicht kann noch verharschen, sie reisset von Neuem?
Doch, ob euch Hitze des Bluts, ob auch Missdeutung euch aufregt,
Beide noch wild, halsstärrig, wo ihr auch auf Erden nur weilet,
Nicht dürft brechen ihr je dies brüderlich Bündniss der Liebe
Ein Kalb weidet mir schon ein geweihetes, harrend der Rückkehr.

Epist. I, 8.

Gruss erwiedre und Glück meinem Celsus Albinovanus,
Muse, gebeten von ihm, dem Genossen und Freunde des Nero
Fragt er, was treibe ich jetzt, so sag', viel Schönes im Kopfe,
Lebe ich doch nicht gut, noch vergnügt, nicht, weil mir der Hagel
Schlug in den Weinberg ein, weil Hitze gedorrt mir den Oelbaum,
Noch weil auf weitem Gefild umher das Vieh mir erkrankt ist,
Sondern weil wen'ger gesund an Geist, als am Körper gesammt ich
Nichts will hören und nichts annehme, was lind're die Krankheit,
Anstoss nehme am Arzt, der's treu meint, zürne den Freunden,
Dass sie bemüh'n sich so sehr mich zu wahren vor trauriger Schlafsucht,
Will, was schaden nur kann, und meide, was heilsam mir scheinet,
Preise zu Rom Tibur und Rom windschlägig in Tibur.
Drauf, wie er lebe, wie er sich finde und wie sein Verhältniss,
Wie er gefalle dem Herrn, frag' ihn, und wie der Cohorte.
Wenn er dir sagt: „Ganz wohl," so grüsse zuerst ihn und diese
Lehre vergiss mir nur nicht in die Ohren dem Freunde zu fispern:
„Wie du, Celsus, dein Glück, so werden wir tragen dich selbst auch."

Epist. I, 13.

Wie ich dich oft, wenn du gingst, und lange gewiesen es habe,
Vinnius, wirst zu August die verpach'ten Gedichte du tragen,
Wenn er wohlauf wird sein und bei Laune, wenn selbst er's verlanget.
Dass du nur ja nicht fehlst aus Neigung zu mir und dem Buche
Bringst Unwillen, im Dienst unermüdet, doch lästigen Eifers.
Wenn dich etwa zu arg sollt' drücken die Last meines Bündels,
Wirf ihn nur ab, eh' dass, wo du hin ihn zu tragen bestellt bist,
Wild du stösst mit dem Sattel und so den Namen des Vaters

Eselein machest zum Spott, in der Stadt zum Gespräche du werdest.
Stürmen mit Kraft wirst du über Hügel und Flüsse und Sümpfe,
Hast du gezwungen es dann und bist zum Ziele gekommen,
Halt' die genommene Bürde denn so, dass unter der Achsel
Du nicht trägst das Paket etwa, wie der Bauer sein Lämmlein,
Pyrrhia, Freundin des Weins, die gestohlenen Knäuel von Wolle,
Oder Pantoffel und Hut der zum Mahle geladene Schlucker.
Sag' zu der Menge nur nicht, du habest mit Mühe getragen
Verse, die würden fürwahr so Augen, wie Ohren des Kaisers
Fesseln — und, bitten sie auch dich gewaltig, vorbei nur geschritten!
Geh', leb' wohl und versieh' mir nichts! Nur die Ordre gehalten!

H. Düntzer.

Currus vaporarii
versibus Latinis celebrati.

Iam nihil est currus, nihil est moderator equorum,
 Nil equus ipse valet, qui celer ante fuit.
Mira loquor, currus qui vidi curribus aptos,
 Non vidi volucres, qui regerentur, equos.
Ut cuneus cuneum, currum sic trudere currus
 Hoc solet in cursu, causa sed ipsa latet.
Nil nisi plaustra vides uno coniuncta tenore,
 Innumeris currunt continuata rotis.
Agmina sunt hominum varium gestantia cultum,
 Ordine quae denso stridula plaustra tenent.
Prospiciunt alii stantes aliique sedentes
 Cum sociis faciunt ludicra quaeque suis.
Murmura rauca monent vastos accedere currus,
 Quum fugiunt, iterum murmura rauca sonant.
Non hominum sic turba fremit, sed ferrea moles,
 Garrula quae nimium comprimere ora potest.
Volvitur ater odor nigrique volumina fumi
 Inficiunt vestes cum facieque manus.
Atra favilla volat, nociturae semina flammae
 Undique sparguntur summaque et ima petunt.
Ignibus oppositae pugnant atrociter undae,
 Oraque succiduis saepe rigantur aquis.
Quis tamen est, tantos quem credas edere motus?
 Non homo, non faciunt murmura tanta ferae.
Forsitan in terras redierunt, tempore prisco
 Quae fuerant vastis monstra nefanda locis?

Ore sonante ferunt flammas sparsisse Typhoea,
  Aereque Cyclopum concrepuisse manus.
Aera vides flammasque vides fumumque volantem,
  Pellitur et motu machina tota suo.
Haeccine signa putas veri certissima monstri?
  Bellua, ni fallor, prodigiosa redit.
Ingens pro capite est cornu, quo turbine caeco
  Volvere amat fumum, quo velut ore fremit.
Late terga patent immania, ferreus illa
  Thorax cumque illis pectora tota tegit.
Eminet hic illic in quaedam tubera tergum,
  Turribus haec parvis assimilare licet.
Mira tamen facies alvi, quae molis ad instar
  Obiecta est tergo nec leve pondus habet.
Fallor? an intumuit suffusa largiter unda,
  Nam sine fine novas haec sitit alvus aquas.
Partibus in variis credas procurrere frenos,
  Quos dare nunc rector, nunc inhibere solet.
Subditus est foculus, rutilo qui fulgurat igne
  Inque viam prunas in comitesque vomit.
Haud procul inde vides nigrum carbonibus antrum,
  Curvatis circum flexibus unda fluit.
Hic residere feros Cyclopum crede ministros,
  Qui nova flammifero dant alimenta foco.
Bellua pro pedibus devolvitur orbe rotarum,
  Quas tamen insolita concitat arte vapor.
Scilicet ut clausos compressit carcere ventos
  Aeolus et vires iussit habere novas:
Carcere sic clausos alvus tenet illa vapores,
  Vim quibus inclusis addere claustra solent.
Credere quid dubitas? Properantes adspice currus:
  Urgent propositum corripiuntque viam.
Cernis in aggeribus vestigia longa rotarum,
  Ferrea quas rectam linquere vincla vetant.
Quis nunc Triptolemi cupiat conscendere currus?
  Triptolemi curru plus vapor ille potest.
Quis velit, ut Naso *), saevos frenare dracones?
  Tutius est, hominum quod solet arte regi.
Quis sibi iactandas optabit sumere pennas?
  Haec ubi plaustra tenes, protinus ales eris.
Hinc procul ite precor bigae, procul ite quadrigae!
  Quondam qui valuit, nunc superatur equus.

Ed. Aug. Diller,
Schol. reg. Afran. Prof.

*) Cf. Ovid. Trist. III, 8, 3.

ARCHIV

für

Philologie und Paedagogik.

Herausgegeben

von

Dr. *Gottfried Seebode*,

M. *Johann Christian Jahn*

und

Prof. *Reinhold Klotz*.

Siebenter Band. Viertes Heft.

Leipzig,

Druck und Verlag von B. G. Teubner.

1841.

Neue

JAHRBÜCHER

für

Philologie und Paedagogik,

oder

Kritische Bibliothek

für das

Schul- und Unterrichtswesen.



In Verbindung mit einem Vereine von Gelehrten

herausgegeben

von

Dr. *Gottfried Seebode*,

M. *Johann Christian Jahn*

und

Prof. *Reinhold Klotz*.



Siebenter Supplementband. Viertes Heft.



Leipzig,

Druck und Verlag von B. G. Teubner.

1841.

De Graeci sermonis vocibus in ιον trisyllabis *).

Ternarum syllabarum deminutiva in ίον certo quum sint notata accentu, mirum esse debet, cur complura apud epicos poëtas, qui deminutiva devitare feruntur, inveniantur vocabula ipso hoc, quo omnis maximam partem nititur deminutio, accentu insignita. Ea enim lex, quae iam a veteribus tradita est grammaticis: (vide Spohn. de extr. Odyss. part. p. 152 sq.) ut ternarum syllabarum deminutiva in ίον, si tribracho essent paria, proparoxytonos, sin autem dactyli numerum, prima syllaba seu positione seu natura producta, haberent, paroxytonos scriberentur, quum in pluribus obtineret nominibus quae per significationem in deminutivis haberi nequeunt, ut in his: ἑρκίον, ἡνία, ἠρίον, θηρίον, ἰνίον, ἱστίον, ἰσχίον, κηρίον, κλισίον, κρανίον, μηρία, οἰκία, πηνίον, τειχίον, φορτίον, φυκίον, nemini dubium esse potest, quin ea quibus fere deminutiva abiudicatur significatio, ad tenorem quod attinet, horum analogiam secuta fuerint. Etsi vero in illis nominibus, veluti infra videbimus, omnes fere inter se de accentus sede conveniebant grammatici, alia tamen vocabula ab his ipsis poëtis frequentata, ut ἄμνιον, ἴχνιον, ὄγκιον κτἑ. — cur ab hoc descivissent praecepto, caussa vix intelligeretur, nisi sciremus, non omnes grammaticorum regulas ab omni arbitrio seiunctas fuisse. Operae igitur pretium facere nobis videbamur, si accuratius inquirebamus, quid fuisset, quod tot vocabula in ιον, quamvis haberent unde in deminutivorum modum formata viderentur, ex horum numero excerni deberent. Priusquam vero de his nominibus luculentius disputaturi simus, haud ab re duximus referre quae nobis ad hanc rem inter legendum acriter attendentibus obviam fiebant deminutiva accentus labe insignia.

*) Haec dissertatio, quae primum edita est in duobus programmatis Reg. Gymnasii Fridericiani Gumbinnensis, iam ab ipso auctore correcta atque emendata prodit. R. K.

§. 1.

Deminutiva ternarum syllabarum in ιον suo accentu destituta.

Schaeferus ad Greg. Cor. p. 11 et p. 28 τὸ τεύτλιον, θύριον, κήπιον commemorando clare ostendit: in horum deminutivorum tonosi libros mire fluctuari, nec latent V. V. D. D. Lobeckii ad Phryn. p. 314 τὸ λύχνιον et Buttmanni gramm. locupl. § 119, 62 τὸ κώμιον (cf. Eustath. ad Il. II, p. 268 v. 8) afferentis iudicia inter se convenientia. His adde:

τὸ βώλιον apud Aristoph. Vesp. 203 (ed. Invern.) proparoxytonos exaratum, in Passovii Lexico recte scriptum invenitur. Stephanus in Thes. l. gr. locum affert ex Aristotele de aud. mirab. cap. 47 ubi eadem accentus labes deprehenditur.

τὸ ζώνιον proparoxytonos scriptum legitur et in Passovii lexico et apud Pollucem VII, 67 Aristophanem allegantem; at in Anth. Pal. V, ep. 158 (ed. Iac.) e lege paroxytonos notatum est.

τὸ κάλπιον, cuius primitivum κάλπη est, non quod vulgo dicitur κάλπις, in Athen. deipn. XI, p. 475 c. (ed. Schweigh.) proparoxytonos scriptum, eademque tonosis offenditur in Passovii lexico.

τὸ κλώνιον in tertia ab extrema positus est accentus in Athen. deipn. XV, p. 680; in secunda in Meleagri epigrammate (A. P. XII, 256 v. 8) quam accentus notationem recepit etiam Passovius in lex.

τὸ κρήνιον a Passovio omissum proparoxytonos scriptum legitur in Strab. T. I, p. 441 (ed. Tsch.)

τὸ κύμβιον proparoxyt. notatum est apud Harpocrat. 180, 33 (ed. Bark.) Demosth. contr. Mid. (p. 558 et 568 ed. R.) commemorantem. cf. Dem. contr. Euerg. 1156 et alibi, quibus tamen locis ad deminutivorum regulam bene scriptum invenitur, veluti in Athen. VII, p. 230, ubi Alexis ἐν ἱππίσκῳ excitatur, et XI, p. 481 d. cf. Etym. m. 543, 8; 545, 33, ubi tamen accentus locus sibi non constat; namque infra ibid. 549, 12 κύμβιον contra regulam proparoxyt. scriptum est. Eustathius denique 223, 28 κυμβίον cum canonem deminutivis peculiarem constitueret, paroxytonos notatum in medio proposuit.

τὸ κώνιον proparoxyt. signatum in epigr. Philodemi (A. P. V, 13) a Buttmanno l. c. in κωνίον emendatur; idque significatu differt a κώνιον saepius cum κωνεῖον confuso. cf. Spohn. l. l. p. 140.

τὸ λώπιον crebrius recurrit in Aristotele de rhet. III, c. 3 (ed. Buhle) proparoxyt. notatum, in Diodori epigr. (A. P. VI, 245) recte paroxyt. scribitur.

τὸ μάζιον dubiae lectionis ap. Athen. XIV, p. 646 c. Schweighaeuser quidem ibi sic edidit: ἐπίδαιτρον· πλακουντῶδες μάζιον ἐπὶ τῷ δείπνῳ — sed edd. Bas. Ven. offerunt πλακούντων δεσμάτιον, indeque coniecit Casaubonus ἐδεσμάτιον quod dem. ἀναλόγως

formatum haud scio an nusquam legatur. Fortasse scripsit Athenaeus: πλακούντων ἡδυσμάτιον, quod ab eo laudatur ex Teleclid. Ἀμφικτυόσιν VI, p. 268 c. Ceterum genitivi ex quo tenoris locus non apparet, forma legitur ibid. II, p. 99 c. ex Phrynicho excitata.

τὸ νήττιον proparoxyt. scriptum in Passovii lexico legitur et ap. Athen. II, p. 65 d. ubi τὰ νήττια reperitur.

τὸ πόσθιον habet Aristophanes (Thesm. 515, ed. Br. 521, ed. Invern.) cf. Poll. IX, 131. Eustath. ad Odyss. p. 1857, 16. Suid. s. v. qua de tonosi decedunt lexica vulgaria.

τὸ ῥίζιόν non tantum apud Aristoph. Av. 654 male scriptum invenitur, sed etiam in Diodor. Sic. IV, c. 54 (ed. Wessel.) at in Athen. XI, p. 485 ex Antiphanis Asclepio paroxytonos signatum affertur: ῥιζίον τρίψας τι μικρόν.

τὸ σταμνιὸν vitiose scriptum apud Athen. IV, p. 146 a Meinek. (Menand. reliq. p. 50) corrigitur. Eam quam par est syllabam tenet apud Aristoph. Lys. 196. Plat. ep. XIII, p. 361 b. et alibi.

τὸ σχοίνιον perperam scriptum dominatur in Strabone (Vol. I, p. 449. VI, p. 143 ed. Tsch.) recte in Etym. m. 740, 37: τὸ σχοινίον ἐκ τοῦ σχοῖνος, quem ad modum in Aristoph. Vesp. 1343. Pac. 436. Acharn. 22. Demosth. in Euerg. 1145. Herod. I, c. 26. V, c. 86 (ed Schweigh.). Anthol. Pal. VI, ep. 169. Athen. deipn. V, p. 206 etc.

τὸ τέκνιὸν et τέχνιον a Buttmanno l. c. canonem de accentu deminutivorum constitutum mutae cum liquida copulatione tolli negante in secunda accentu notantur. Τέκνιον proparoxyton scriptum est in Luciani epigr. (A. P. XI, 212) idemque habet auctor epigr. 402 libri XI, ubi tamen recte τεκνία paroxyt. exaratum est, prima quamquam corripitur:

οἷα φάγοιεν ἐμῶν ἀντιδίκων τἔκνία

cuius syllabae correptionem plerisque Anthologiae epigr. invenimus. cf. Lucill. XI, ep. 259

— κριθάς
ποιεῖ τοῖς τεκνίοις πτισάνην — cf. XI, ep. 388.

Tum τέχνιον in Passovii lexico proparoxyt. notatum, ab Astio in Platonis rep. VI, 495 d. paroxyt. scriptum est, veluti a Schweigh. Athen. II, p. 55 d. VI, p. 240 e. et alibi.

τὸ φάττιον ubique proparoxyt. notatum reperimus. Namque non modo in Aristophanis Pluto 1011, quem versum sic expressum allegat Hermannus ad element. metr. p. 128

νηττάριον ἂν καὶ φάττιον ὑπεκορίζετο.

sed etiam in Athen. VIII, p. 359 b. ubi Ἐφίππου ὀβελιαφόροι citantur, eadem est labes.

τὸ χλαίνιον semel legimus male scriptum in A. P. XII, ep. 40 ἄδεσπ.

τὸ ὤμιον proparoxyt. signatum invenitur in Ammiani epigr. A. P. XI, 157.

Sunt deinde nomina dem. quorum syllabae primae scriptio dubium reddidit accentum; in quibus sunt τὸ σάκιον et κάδιον, quae etiam duplici scripta inveniuntur consona. Citatur illud a Polluce X, 152 hunc afferente ex Thesmoph. II Aristoph. versum:

Σακίον, ἐν οἷσπερ τἀργύριον ταμιεύεται.

„Fallitur, inquit Brunckius, Iungermannus dicens non constitutum versiculum nisi scribatur uno κ, σακίον. Utravis scriptura eligatur, perinde stabit versus: sed codd. lectio praeferenda erat. σάκος unico κ occurrit Lysistr. 1211, Ach. 822, nec necesse est legere ἐν ᾧπερ. Praecedebat aliud adfinis significationis substantivum, ad quod, ut et σακίον, refertur plurale οἷσπερ." In Etymol. m. p. 670, 52 legitur σακκίον, quae forma etiam exarata invenitur in Menand. fragm. Δεισιδ. p. 44 ed. Mein. et Xenoph. Anab. IV, 5, 56 ed. Schneid. nec minus in Diod. Sic. XIII, c. 106 (ed. Wessel.) ubi σακκία legitur. Atticorum vero non fuisse duplicem κ consonam copulare notum est. cf. Sturz. de dial. Aegypt. p. 129, ita ut σάκιον cuius prima brevis sit, accentum in tertiam recipere oporteat. cf. Poll. X, 152.

Idem etiam de κάδιον statuendum iudico. In Etymol. m. καδίσκος affertur una consonante scriptum et sic in libris editis fere legitur. cf. Aristoph. Vesp. 854. Dem. κατ. Μακαρτ. 1503. κατ. Εὐβουλιδ. 1304. κατ. Νεαιρ. 1375. quam ad normam scribendum videtur in Lycurgo κατ. Λεωκρατ. 169, 12 ubi in edit. Reisk. id nomen duplici δ scriptum legitur.

Quid autem ad accentus locum ambiguitatis fecerit terminationum ειον et ιον confusio, ex paucis quae non sunt deminutiva, ternarum syllabarum nominibus apparet. Reiskius et Bekkerus p. 73 in orat. Isaei περὶ τοῦ Φιλοκτήτ. 58, 21 receperunt κούριον proparoxytonos signatum contra Hesychium, ubi κουρίον paroxytonos notatum legitur, quod ad formam κουρεῖον sive κούρειον prope accedit. Idem enim Hesychius κούρειον affert ex Sophoclis Andromeda. cf. Etym. m. s. v. Similiter Erotianus in lexico Hippocratis γραφίον citat ex Sophoclis Helena pro γραφεῖον, versibus corruptis; atque pariter στυπίον an στύπιον scribas, dubitari licet, quum utrumque significatu non differat a στυπεῖον *). In huiusmodi vero nominibus non est periculum, ne quis arbitretur inesse hypocorismum. Difficilior est quaestio de deminutivis, quae quum sint certo circumscripta significatu, ut magis primitivorum quam deminutivorum speciem prae se ferant, cum altera eiusdem nominis forma in ειον confunduntur: ut θυννίον, γαστρίον, χηλίον, λυχνίον, ὁλκίον, στρουθίον, κυμβίον (cf. Lobeck. paralip. T. I, p. 323 sq.), de cuius ambiguo accentu supra dictum est.

Restat ut de nom. propriis, quibus dactylorum numerus est, dicamus. Etenim etsi scribentium voluntas atque consilium, primitiva

*) Hoc etiam duplici π scribi, uti Latinorum stupa et stuppa, ostendit Lobeck. ad Phryn. p. 261.

scilicet deminuendi, idem esse debet atque in appellativis, legem tamen illam de accentus loco probatam etiam ad nomina propria pertinere, grammaticis veteribus rem in medio relinquentibus, non est quod credamus. Itaque recte scripsit Brunck. ad Aristoph. Lysistr. 906 *Μύῤῥιον* et Graefius in epigr. Meleagri (A. P. XII, 82). *Φάνιον*; contra vero Iacobsius *Φανίον* paroxytonos notavit et haud scio an recte, quum einsdem formae exstet appellativum *φανίον* (cf. A. P. id. ep.). Eandem sedem tenet accentus in his voc.: *Μύρτιον* Athen. deipn. XIII, 576 f. *Βίττιον* sive *Βίτιον* (cf. p. 13). A. P. VI, ep. 286. *Δόρκιον* Asclepiad. XII, ep. 161. *Θέρμιον* Philodem. A. P. VIII, ep. 161. cf. Iac. T. III, p. 438. *Θώνιον* Diodor. ep. VI, 627. *Νάννιον* Athen. XIII, p. 558 c. Hyperides ap. Harpocrat. 203, 7. A. P. V, ep. 207. *Νίκιον* Athen. IV, p. 157 a., hoc vero atque *Λέμβιον* (Rufin. V, ep. 44) etiam secundum appellativorum accentum signari poterant.

Eandem analogiam excipere videntur quae locorum sunt nomina omnis deminutionis expertia, ut *Τελχιον* vel potius *Τειχίον*. cf. Thucyd. III, c. 96 et Tschuck. ad Strab. vol. III, p. 568. *Ἡρίον* in Etym. m. s. v. *Ἰσχίον* ap. Diod. Sic. XIII, 65 extr. *Κρανίον* ap. Xenoph. ubi proparoxytonos scriptum invenitur (cf. Sturz. lex. Xen.). Contra quae sunt deminutivorum minus similia in *ιον*, velut *Ἄλσιον* (Strab. Vol. II, pag. 139). *Ζάγκλιον* (Strab. II, p. 257). *Δήλιον* Thuc. Strab. *Ἄκτιον* Thucyd. Strab. *Θύμβριον* Xenoph. suo reperiuntur accentu signata. Recte igitur scholiastes Homeri ad Il. II, 648: οὐκ εὖ δὲ Τυραννίων παροξύνει αὐτὸ (Ῥυτίον) ὡς πεδίον· οὔτε γὰρ ὑποκοριστικὸν, οὔτε (add. ἂν) εἰ ἦν ὑποκοριστικόν, παρωξύνετο· καὶ ὅτι τρίβραχυ.

Quam ad normam scribenda sunt *Θρόνιον*, *Νέριον* ap. Strab. (Vol. I, p. 366 et p. 410), ubi accentus non firma est sedes.

Postremo de iis disputandum est deminutivis *), quae ternarum syllab. brevium accentu ambiguo notata inveniuntur. Vocabula *πεδίον* ut *χορίον* (corium) non numerantur in deminutivis, quibus adde *τὸ στόμιον*, *θύριον*, *λύριον*, *σκάφιον*, *σκύφιον*, passim paroxytonos scripta. Ac quidem *τὸ στόμιον*, de cuius et accentu et significatu alibi **) fusius disputatum est, ex deminutivis excludendum demonstravimus, et nominum *θύριον*, *λύριον* accentus incerti iam mentio facta est a Schaef. ad Greg. Cor. p. 28.

Sed vocula *σκάφιον* uberius nobis tractanda videbatur. Id enim quum sit deminutivum nominis aut *σκάφη* aut *σκάφος*,

*) Arcad. 119, 8: — τὰ δὲ διὰ τοῦ ιον τριβράχεα ὑποκοριστικὰ προπαροξύνεται, κτένιον, πτύχιον, πόδιον, θρόνιον.

**) Vide Jahn Neue Jahrb. erstes Supplementb. IV, p. 566 sq.

eius etiam significationis particeps esse debet; at alvei significatio quamquam huic voculae genuina, non invenitur apud atticos scriptores, sed quod cum eo comparatur, poculi quoddam genus (cf. Athen. IV, p. 142 d., XI, p. 475 c., p. 501 e.) adeo ut Aristophanes Them. 630 iocatus sit:

Σκάφιον, Ξένυλλ' ᾔτησεν· οὐ γὰρ ἦν ἀμίς.

cf. Eupolis ap. Poll. X, 45 — ubi tamen Ms. habet σκαφίον paroxytonos scriptum — unde non sequitur, Atticis id unquam nomen usurpatum fuisse pro matula. Sed a cavitate et rotunditate vasorum cranii capitisve significationem profectam esse ait Stephanus in Thes. l. Gr. s. v. Pollux II, 39 καλεῖται δὲ ἡ κεφαλὴ παρὰ Ἀριστοφάνει σκάφιον (av. 806) ἵνα μὴ καταγῇς τὸ σκάφιον πληγεὶς ξύλῳ. cf. id. Thesm. 838.

Hinc patet ratio qua sit factum, ut etiam quoddam tonsurae genus eo significaretur, cf. Aristoph. ἐν Γήρᾳ ap. Harpocrat. 269, 25 (ed. Bark.) et schol. ad Aristoph. av. 806, ubi ab altero tonsurae genere (κῆπος sive κηπίον) distinguitur. conf. schol. Lucian. Lexiph. 5. Hesychius denique qui Victor. alterum Aristophanis l. c. scholiasten exscripsit diversa miscet: σκάφιον, dicens, πτύον καὶ εἶδός κουρᾶς τῆς κεφαλῆς, ὃ κείρασθαί φασι τὰς ἑταιρευούσας. — quum ad idem dem. non quadret ligonis significatio. Eum enim ab Atticis ἄμην vocatum fuisse bene commemorat schol. Theocr. id. IV, 4: Σκαπάνη ἐστὶ δίκελλα, σκαφίον, τὸ κοινῶς λεγόμενον τζαπίον, ὃ οἱ Ἀττικοὶ ἄμην. cf. Suid. et Hesych. s. v. σκαπάνη. Hoc vero significatu, qui se ad primitiva illa nomina referri non patitur, plerumque paroxytonos scribitur: σκαφίον, ut apud Pollucem X, 129, quo loco in instrumentis rusticis etiam σκαφίον positum est, cf. Plutarch. vit. Arat. c. 3, compar. Aristid. c. Cat. mai. 1. Strab. vol. VI, pag. 609. Lucian. Philopseud. 31 fin.; neque inepta est quae in Etym. m. 569, 27 invenitur, voculae expositio: κείρω κουρεῖον, σκάφω σκαφεῖον, γράφω γραφεῖον — quamquam probabilius a σκαφεύς, uti κουρεῖον et γραφεῖον a κουρεύς et γραφεύς — ita ut si ligo significetur, num sit scribendum σκαφεῖον*) quam ad formam accentus mediam obtinens vocem ducere videtur, quaeri possit.

Vocabuli denique σκύφιον mentio facta est ab Athen. XI, p. 477 e., ubi minus recte paroxytonos scriptum est.

Idonea igitur caussa, quam ob rem quaedam ex deminutivis trisyllabis communem huic nominum classi legem migraverint, quum cogitari nequeat, neminem de remedio, quod cuique contra canonem scripto deminutivo fieri debeat, haesitaturum puto.

---

*) Conf. Bekk. Anecd. I, p. 62, 9: σκαφεῖον: ἐργαλεῖον, ᾧ σκάπτουσιν, ἤτοι ἄμη ἢ ἀξίνη. cf. 301, 25 et 30.

§. 2.

De vocibus in ιον trisyllabis cum deminutivis similitudinem speciemque gerentibus.

Uti iam progrediamur, unde exorsi sumus, quaerendum est, num qua excogitari possit ratio, qua nomina illa in ιον significatione quidem deminutivorum destituta, eorum vero tenore in epicorum carminibus scripta, formentur. Caussa vero cur a grammaticis ad deminutivorum tenorem scriberentur, nobis in eo posita videtur, quod his plerisque sunt nomina unde deminutivorum instar ortum habere gignique videantur. Hac autem in re quantum valeat veterum grammaticorum παράδοσις, inde perspici potest, quod, dum ἐρκίον, θηρίον, μηρία omnium fere consensu propter similitudinem cum deminutivis paroxytonos scribuntur, ἴχνιον, ποίμνιον κτέ. etiamsi videantur habere ad quae revocari possint primitiva, proparoxytonos scribebantur, atque ἠρίον etsi eius primitivum non est in promptu et in propatulo, eandem sequebatur analogiam, contra ὄγκιον origine quidem manifestius, deminutiva se natura prorsus abdicabat.

Horum autem nominum qualis fuerit natura, ut intelligatur, multum facit Eustathii explanatio de nomine τὰ οἰκία, 676, 23 sive ad Il. η′ v. 221. τοῦ δὲ οἰκία, ὅ ἐστιν οἴκους, εὐθεῖα μὲν τὸ οἰκίον. ὥσπερ οὔτε τὸ θηρὸς θηρίον, οὔτε τὸ ἴχνος ἴχνιον ὑποκοριστικῶς ἔχει παρὰ τῷ ποιητῇ, ἀλλὰ παρώνυμά εἰσι κατὰ τοὺς παλαιούς, οὕτως οὐδὲ τὸ οἶκος οἰκίον, ὅθεν παρὰ τοῖς ὕστερον ὑποκοριστικὸν οἰκίδιον κατὰ τὸ ἄργυρος ἀργυρίδιον. Atque ad significationem idem apte exponit p. 898, 5 (μ′ v. 168) Ὅρα δὲ καὶ ὅτι τὸ οἰκία καὶ τὸ δόμον ἐπὶ σμηνῶν εἴρηκε ποιητικώτερον. — Ἰστέον δὲ ὅτι ἐν τούτοις μὲν δόξαι ἂν ὑποκορισμὸς εἶναι τῶν οἴκων τὰ οἰκία. ὅτε δὲ Ἄιδου οἰκία εὐρώεντα (Il. XX, 65) λέγει, ἀλλ᾽ ἐκεῖ οὐκ ἔστιν ὑποκόρισμα νοῆσαι, ἀλλὰ φανερὰν παρωνυμίαν. cf. id. 1653, 23 sq. Idem vero p. 1198, 8 hanc paronymian dicit παραγωγήν. At Suidas οἰκίον, τὸ μικρὸν οἴκημα citans: οἰκίον οὔτε δέμοιμι, ad poëtae recentioris cuiusdam versiculum respexit. Nam singularis num. semel modo in A. P. VI, ep. 203

Αἴτνης παρωρείησι Συμαιθοῦ πατρός
Ἔχουσι δινήεντι ὑγρὸν οἰκίον.

Qua deminutiva significatione etiam pluralis positus cernitur ab Antiphilo Byzantino A. P. IX, ep. 121 οἰκία δειλά. Praeterea Ionum fuit, ut Herodoti VI, 67; nam apud Lucianum de dea Syr. c. 20 id quidem nomen invenitur, sed hoc in libello dominatur Ionica dialectus.

Graecos igitur hanc normam ad nomina quae specie duntaxat deminutivis similia sunt, applicantes falsa analogia perductos fuisse liquido patet. Verum his de rebus veteres technographi num consenserint, iam est quaerendum.

Et primum quidem nominis ἑρκίον quod bis apud Homerum (Il. υ. 472, Od. σ. 101) semel apud Apoll. Rhod. (II, 1074) obvium cum primitivo ἕρκος significatione convenit, praeterquam quod nusquam figurate *) dicitur, accentus, cuius ratio diverse explanatur, inconstans est. Scholiastes ad Dionys. Thr. Gramm. Anecd. Bekk. T. II, p. 792 sq. vocabuli huius formam si repetiisset a περιεκτικῶν natura, haud inepta erat comparatio: καὶ τὸ ἀγγεῖον οὐχ ὅτι ἄγγη περιέχει, ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο τὸ ἄγγος καὶ ἀγγεῖον λέγεται, ἐκ τοῦ ἄγγος ἄγγεος ἐτυμολογούμενον, ἀγγέϊον, καὶ συναιρέσει ἀγγεῖον —— τὸ γὰρ ἄγγος ἀγγέϊον ἀγγεῖον ἴσως ἀνρήσῃ (leg. ἂν ῥηθείη ὡς) διὰ τοῦ τείχεος τειχέϊον. καὶ ἕρκος ἕρκεος ἑρκιον (scr. καὶ ἕρκος ἕρκεος ἑρκέϊον ἑρκίον); nam idem non multo post in accentus de deminutivis canone constituendo ἑρκίον paroxytonos scripsit.

Haec enim ratio quum non ad omnia similiter formata accommodari possit nomina, derivatorum vim ac potestatem, id quod deminutioni plane contrarium est, multo ampliorem inveniemus quam primitivorum.

Ad formam porro quod attinet, huc facit Suidae observatio T. I, p. 856: ἑρκεῖον δὲ περίφραγμα τῆς αὐλῆς ἢ ἡ τοῦ δώματος στέγη. ἑρκίον γὰρ τὸ δῶμα. Σοφοκλῆς (Αι. 108.)

Πρὶν ἂν δεθεὶς πρὸς κίον' ἑρκίου στέγης.

quo loco adiectivum ἑρκείου emendavit Hermannus (vide lex. Soph. Ellendtii). In scholiis ad h. l. ἕρκιον perperam scriptum est. Accentus vero sedes firma est apud Eustathium 1829, 52: ἑρκίον δὲ αὐλῆς τὸ τεῖχος ᾧ ἔστιν ἐπικεῖσθαι καὶ τὸν θριγκόν. γίνεται ἐκ τοῦ ἕρκος ὁμοίως τῷ τεῖχος τειχίον. ad accentus canonem idem constituit 223, 28: τὰ δὲ εἰς ιον τρισύλλαβα προσηγορικά, ἔχοντα πρὸ τοῦ ι δύο σύμφωνα παροξύνονται, οἷον κυμβίον, ἱστίον, ἑρκίον, εἰ μὴ ἄρα πρὸ τοῦ ι κεῖται ἀμετάβολον ὁποῖον τὸ ἴχνιον καὶ τὸ ἴκριον. Ex iis verbis recte emendabis in Etym. m. 631, 25; quo loco nunc legitur: τὰ διὰ τοῦ ιον ὑπὲρ τρεῖς συλλαβὰς προσηγορικὰ ἔχοντα πρὸ τοῦ ι δύο σύμφωνα παροξύνονται, ὁπότε πρὸ τοῦ ι οὐκ ἔστιν ἀμετάβολον. ita: τὰ δὲ εἰς ιον τρισύλλαβα πρ. κ. τ. λ. cf. ibid. 375, 27.

Deinde vocabulum τὰ ἡνία pluraliter duntaxat ab Homero dictum in scriptorum Atticorum qui ad nostrum pervenerunt aevum, usum non receptum. At fuisse Graecis ἡνίον partem quandam loramentorum equinorum tradit Pollux I, 248: τὸ εἰς τὸ στόμα ἐμβαλλόμενον, χαλινός· οὗ τὰ μέσον ἡνίον (cf. Thom. Mag. in ἡνία) nisi forte grammaticus, ad usum Homeri non respiciens, singularem commemoravit numerum pro plurali, ut in Etym. m. 177, 39 factum est, unde duceretur verbum ἀφηνιάζειν. In posteriorum quidem scriptorum usum eius loco ἡ ἡνία venit, quod erunt qui illius esse primitivum dicant. At ne dicamus, nomen τὰ ἡνία esse multo vetustius, nulla faciunt ex

*) Eam quae dicitur, propriam signif. etiam primitivo ἕρκος esse videas licet ex Passovii lexico.

appellativis femininis in ῐα graeci deminutiva in ῑον, qua de re infra uberius disputabitur. Eustathius (1120, 37) id ducit a verbo ἐνοῦν: — παρὰ τὸ ἐνοῦν τοὺς ἵππους τοὺς ὑπὸ τῷ ἅρματι. Quam significationis rationem etiam in Etym. m. 432, 17 redditam invenies.

Incertior etiam est vocabuli ἠρίον origo, quod sunt, qui ab ἔρα — (ἔραζε) — profectum velint. cf. Etym. m. 437, 13. Harpocrat. 140, 9. Prudentius facit schol. ad Theocr. II, 13: ἠρία οἱ τάφοι παρὰ τὸ ἐνηρίσθαι τῇ γῇ. — et sic exponit Hesych. per μνημεῖον, veluti singular. num. ἠρίον μνῆμα, τάφος. cf. Suid. s. v. Huius vero voc. ad usum quod attinet non tantum Homero (Il. XXIII, 126) sed etiam Demostheni κατ. Εὐβουλιδ. 1319 usurpatum fuit. cf. Lucian. deor. concil. 15 et alibi.

Tum τὸ θηρίον apte comparatum in Etym. m. 195, 41, cum Latinorum bestia, παρωνυμεῖσθαι dicit Eustathius (1653, 17) τῷ θηρί. Sed accentus deminutivorum similis ratio ipsis a deminutivis repetitur in Etym. m. 451, 15. Eo Homerus bis in Odyssea usus est (κ. v. 171, v. 181) semel in hymn. IV, 4, plane a poësi tragicorum alienum iudicat Hermannus ad Soph. Antig. v. 344, in soluta oratione, quoad Atticorum usus spectatur, rarissime invenitur primitivum θήρ, veluti ap. Plat. Soph. 235 a. de rep. 559 e. — At non bestias modo sed quaevis animalia a recentioribus scriptoribus θηρία vocata fuisse, videas licet ex Strabone Vol. V, p. 406: αἱ ἴπες — θηρία, animalia nihil noxia dicente. cf. id Vol. V, p. 639. itaque Eustath. 1653, 17: θηρία δὲ κοινῶς πάντα τὰ ἄλογα, διὸ καὶ τὸν ἀράχνην θηρίον φησὶν ὁ Αἰλιανός· — sed idem 1097, 35 etiam veteribus Atticis eundem concessit usum: θηρίον δὲ παρὰ τοῖς παλαιοῖς πᾶν ἀνάλογον ζῷον. — cf. Xen. ἀπομν. 1, 3, 13 et Eupolis Δήμοις in Bekk. Anecd. I, 28 dixisse fertur ἵππον ἢ ἡμίονον — θηρίον; quin etiam in Etym. m. 444, 15 legimus: Antiphontem ἐν τῷ περὶ ὁμονοίας dixisse: Ἄνθρωπος ὃς πάντων θηρίων θεαιδέστατος γέγονε. Nam alioquin oratorum proprium erat Atticorum maledicere adversariis suis θηρίον. cf. Demosth. contr. Theocr. 1338. Dinarch. contr. Dem. 91, 24 etc. Hinc satis patet deminutivam vim ac potestatem multum ab eo abesse nomine; neque ulla deminutio apparebit ex iis quae modo diximus ap. Xen. Cyrop. 1, 6, 39:

Εἰ δὲ σύγε, ἔφη, ὦ παῖ, μηδὲν ἢ μετενέγκοις ἐπ' ἀνθρώπους τὰς μηχανάς, ἃς καὶ ἐπὶ τοῖς πάνυ μικροῖς θηρίοις ἐμηχανῶ — itemque id. Agesil. IX, 5: — θηρίων τῶν ἀσθενεστάτων cf. Theocr. idyll. 19, v. 6 τυτθὸν θηρίον. atque inde animalcula vitibus noxam inferentibus ap. Strab. Vol. II, p. 430 dicuntur θηρία. Derivata denique quae a θηρίον sunt verba satis ostendunt, primitivi instar usurpatum id nomen abiisse in certam definitamque significationem.

Tum τὸ ἴυγίον quod singulari tantum numero invenimus non solum ap. Hom. Il. ε, 73. ξ, 49. Apoll. Rhod. Theocr. Anth. Pal. sed etiam in sermone pedestri, ut Aristot. h. a. I, 7, 1. Strab. Vol. I, pag. 439; cuius tamen loco Plato ut idem significaret, ad primitivi

pluralem regressus est, veluti Tim. 78 d. ἰνῶν, Homerum, ut videtur, secutus, qui non pluralem tantum ita posuerat, sed etiam singularem Il. XVII, 520 ἶνα eodem atque alibi ἰνίον significatu. Huius vero rationem excussit Pollux II, 39: τὸ δὲ κατόπιν, ἰνίον, διότι ἀπ' αὐτοῦ αἱ ἶνες ἐκπεφύκασιν. cf. Eustath. 216, 38. 877, 11. 1680, 18. Etym. m. 720, 37. Hesych. et Suid. s. v. Ceterum quod inde nascitur nomen, primitivi monstrat speciem, ἰνώδης apud Xenophontem.

Porro τὸ ἱστίον recte dicitur in Etym. m. 478, 24 ὄνομα ῥηματικὸν perinde atque ὁ ἱστός ab ἵζειν ducendum. Alterum enim ab altero quominus sit per deminutionem ortum, utriusque significationis diversitate impeditur. Singularis num. non rarus est, veluti ap. Hom. Il. α, 481. O. 627. Od. β', 424. hymn. VI, 26. etiam ap. Xen. ἀναβ. I, 5, 3. Plat. Parmen. p. 131 b. et crebro apud recentiores scr. Itaque quum utrumque nomen suo praeditum fuerit significatu, fiebat, ut pro eo ex utroque generarentur derivata.

Pariter dicitur τὸ ἰσχίον verbale nomen ab ἴσχειν ortum secundum Suidam: ἰσχίον τὸ κοῖλον τοῦ γλουτοῦ, ἐν ᾧ ἡ κοτύλη στρέφεται παρὰ τὸ ἴσχειν τοὺς καθημένους. i. e. quod sedentes sustineat. cf. Eustath. 550, 10. 716, 35. Etym. m. 478, 56. at vide, num id voc. eandem inierit significationis rationem cum voc. ἰσχὺς quam esse inter ἰνὸς (nominativus enim ἴς eo signif. non dicitur eiusque partes sortitum videtur derivatum ἰνίον) et ἰνίον supra demonstravimus. Nec mirum est utrumque inveniri numerum, cum Aristotel. hist. an. III, 4, 4 distinxerit: εἰς τὸ ἑκάτερον ἰσχίον, et Aelian. de nat. an. VII, 8 ἰσχίον τὸ δεξιόν. Apud Homerum singularis plurali crebrior, ille Il. ε, 305. λ, 339. Od. ρ, 234. hic Il. θ, 340. ν, 139 et pluralis fere offenditur apud Atticos. cf. Plat. Tim. 75 e. Phaedr. 254 e. cf. Sturzii lex. Xen. ita ut si exceperis tragicos poëtas, a nemine scriptorum id spretum videamus. cf. Herod. VI, 75.

Tum τὸ κλίσιον, cuius ut quaereretur et origo et significatio, tota vita *) opus fuit Dorotheo Ascalonitae secundum schol. Il. I, v. 90. Spohnio vero, qui eam vocem doctissime explanatum ivit, de deminutione assentiri nequimus sic statuenti:

> „Est igitur κλίσιον vox cognata voci κλισίη atque aut huius aut vocis κλίσις unde κλισίη quoque derivatur, forma deminutiva."

Liceat nobis hoc loco accuratius inquirere, num a nominibus, quorum radices terminentur in vocales, oriantur deminutiva in ιον. Quivis facile cognoscet, quum Graeci idem per terminationem ιδιον consequerentur, quam incommodum fuerit terminationem ιον vocali in quam primitivi radix exiret, adiungere, qua copulatione ne periret deminutionis nota; quod nisi fieret diphthongus ει **), vocalis eius duntaxat abiectione

*) Coraïus corruptum hoc scholium indicabat, ut scriberet: ὅλον βιβλίον ἐδέησε pro eo quod editum est: ὅλον βίον ἐδέησε.

**) Huc pertinet quaestio: num formentur dem. in ειον, quae afferuntur a Spohnio l. l. p. 126 nec sunt dem. neque reliqua pro hoc hypocorismo certant. cf. Schol. ad Dionys. gramm. Bekk. Anecd. II, p. 791, 12.

effici poterat. Itaque neutra in ος nomina ubi per terminationem ιον deminuebantur, abiiciebant radicis vocalem, ut ῥυγχίον, ῥάκιον, σελλάχιον, ταρίχιον κτλ. Aliarum vero declinationum nomina quidem appellativa ea non sunt usa deminutiva forma in ιον; at propria si non omnibus ex partibus examussim respondebant analogiae, non est mirandum. Itaque Γλυκέριον —: ὑποκοριστικὸν, inquit schol. ad Lucian. Catapl. 12, τῆς Γλυκερίας Ἀθηναίων ἔθει· αὐτοὶ γὰρ τὰ θηλυκὰ ὀνόματα οὕτως ὑποκορίζονται, καὶ μάλιστα ἐπὶ τῶν ἑταίρων (scr. aut ἑταιρῶν aut ἑταιρίδων) τὴν Εὐφημίαν λέγοντες Εὐφήμιον καὶ τὴν Εὐπραξίαν Εὐπράξιον.

Ita Βίττιον sive Βίτιον — una enim scriptum cons. Βιτίη legimus in epigr. — supra in medio proposuimus et Ἐμμέλιον A. P. VIII, ep. 161 (cf. Iac. A. P. T. III, p. 438). Inde Θαυμάριον (Athen. III, p. 583 e.) a Θαυμαρία ducendum puto, non a θαῦμα, quum nulla in αριον deminutiva a nominibus in μα orta fuerint *).

Ex appellativis quae contra regulam, qua voces pure flectendae forma in ιον deminutiva abstinuerint, faciunt, invenimus haec: ἁλύσιον, quod ab ἅλυσις repetitur, deinde ἀμόλγιον ab ἀμολγεύς plerumque derivatum, tum ἐγχέλιον, πεπέριον, quorum primitiva dicuntur ἔγχελυς et πέπερι et denique σκαλλίον et τροφάλιον dubiae sane, quod ad primitivum attinet, originis.

Ac τὸ ἁλύσιον sive ἀλύσιον (v. Hemsterh. ad Pollac. X, 167) affertur a Suida s. v. ἁλύσιον, πλοκίου γένος περὶ τὸν τράχηλον. Μένανδρος καρίνῃ·

Περὶ τὸν τράχηλον ἀλύσιόν τί σοι δότω.

cf. Hesych. s. v. Primitivum eius ἅλυσις legitur ap. Thuc. II, 76 et Herodot. IX, c. 74. Formae vero deminutivae videtur deesse dem. significatio, veluti ex Polluce apparet l. c.: — Ἀλύσιον δὲ εἶχε τετταράκοντα δραχμὰς ἄγον., ita ut de eius forma nonnulla nobis subsit dubitatio. Deinde τὸ ἀμόλγιον legitur ap. Theocr. id. XXV, 186

ἄλλος ἀμόλγιον εἶχ' —

ubi mulctra significatur, rursus est quod huic epyllio minime convenit, non deminutivum, sed periecticon poëtarum more ex ἀμολγεῖον correptum idque si minus probatur, cur a voc. ἀμολγός ortum neges, non pervideo. Tum τὸ ἐγχέλιον. Posidippus apud Athen. III, 87 f.

Ὥρα περαίνειν ἐγχέλια καὶ καράβους.

quo a loco deminutiva forma multum abhorret. Agedum quo venustius procedat versus, scribas:

Ὥρα περαίνειν ἐγχέλεια, καράβους.

unde ab adiectivi potestate profectum arbitramur ἐγχέλεια, uti ap. Aristoph. Ach. 1073.

ὀπτᾶτε τ' ἀγχέλεια: —

Ceterum deminutivum est ἐγχελύδιον, quo usus est Ephippus ap. Athen. p. 256 b. cf. Amphis ibid. p. 290 f.

---

*) Nam γραμμάριον est non a γράμμα, sed a γραμμή.

Tum τὸ *πεπέριον*, quod dubiae maxime lectionis est ap. Athen. III, p. 126, pro quo Casaubonus *πέπερι* emendavit. Restant *σκαλλίον* et *τροφάλιον*. Illud videtur esse Aeolicae dialecti, cum proparoxyt. scriptum sic exponatur ap. Athen. XI, p. 501 e.: *σκάλλιον, κυλίκιον μικρόν, ᾧ σπένδουσιν Αἰολεῖς* — eiusque primitivum dicit Passovius in lex. *ἡ σκαλίς*. Sed iam inde quod primitivum una scriptum traditur liquida, alterius quod duplici λ pronunciatur, vocabuli non potest dici auctor; atque difficile est in nomine quod unius memoratur dialecti, originem quaerere.

Hinc etiam elucet, quam ob rem *καλπίον* supra propositum non a *κάλπις* sed a *κάλπη* esse dixerimus. Postremo τὸ *τροφάλιον* *) quod quum a *τροφαλίς* proficisci nequeat, alii primitivo originem debet. Illud invenitur ap. Athen. XII, p. 516 e., ubi Alexis laudatus est:

τυροῦ τροφάλια χλωρὰ Κυθνίου παρατεμών.

— Cythnii recentis casei frusta secans — ubi ut versus fiat senarius, scribere possis *τεμών* pro *παρατεμών*. At a *τροφαλίς* deminutivum *τροφαλίδιον* gigni apertum est, atque etiamsi *τρόφαλις* proparoxyt. scriptum pure flexum fuisse concesserimus, nulla tamen puto oriri deminutiva in *ῑον* e nominibus in *ῐς* quae ut grammatici aiunt, gravantur.

Ut igitur redeamus, unde digressi sumus, τὸ *κλίσιον* non satis recte repetitur a *κλισίη* aut *κλίσις*, sed potius verbale est a *κλίω* factum sive *κλίνω*, cuius loco ii, qui *κλισίον* vel *κλεισίον* (cf. Draco p. 57, 19) scripserunt, *κλείω* ponebant, vide interpr. ad Dem. pro Cor. 60. Lys. *κατ. Ἐρατοσθ.* 121. Homeri ubi prima corripitur, locus unus est Od. ω. 208:

Ἔνθα οἱ οἶκος ἔην, περὶ δὲ κλίσιον θέε πάντη.

Tum τὸ *κηρίον* num. plur. legitur in hymn. Merc. II, 559. Hesych.: *κηρίον τὸ τῶν μελισσῶν καὶ πλακοῦντος εἶδος*, respiciens ad Aristoph. Thesm. 513:

τὸ δ' εἰσέφερε γραῦς ἐν χύτρᾳ τὸ παιδίον
ἵνα μὴ βοῴη κηρίῳ βεβυσμένον,

cf. id. Eccl. 632 ubi plural. est, atque Pollux inter opera apum numerat: *κηρία, μέλι, μελίκηρα*, favi, mel, cera mixtum mel, ita u[illegible] nomine pluraliter dicto fere significaretur mel, ut illo hymni loco. Se[d] singulari numero *κηρίον* cerae massam minorem orbi similem signi[-] ficanti, ubi quaedam deminutionis nota subesse dicitur, fatendum e[st] huius rei principia ab hypocorismo orta esse. Ad usum vocabuli qu[od] attinet, singularis num. offenditur ap. Theocr. id. 19, v. 2; Herod. II, 9[illegible] Plat. rep. VIII, 552 c. et crebro apud recent. scr. pluralis apud Di[od.] Sic. V, c. 14. 26; XIV, 30; Lucian. Dem. 52. Verum quaerendum [illegible] num a *κηρίον* fecerint Graeci alias voces. In Passovii quidem lex[ico] proposita sunt: *κηριοκλέπτης, κηροειδής, κηριοπο*[illegible]

*) Cf. Interpr. ad Moer. Atticist. p. 337 ed[illegible]

Illud quod primum posuit ex Theocrito, cuius idyll. XIX inscriptum est: *κηριοκλέπτης*. At vix dubitari potest, quin ille titulus aliena manu sit appositus; reliqua sine auctoritate. Sed Plato *κηροπλάστης* Tim. 74 c. Euripides *κηροδέτης* Iphig. T. 195 (Seidl.) et *κηροειδής*, non *κηριοειδής* apud eundem Plat. Tim. 35, quamquam eius rei speciem expressit Herodot. II, 92 per formam derivatam: *ἐξ ὧν ὁ καρπὸς ἐν ἄλλῃ κάλυκι παραφυομένῃ ἐκ τῆς ῥίζης γίνεται, κηρίῳ σφηκῶν ἰδέην ὁμοιότατον.*

Hanc vero in rem alias inquirere diligentius constituimus.

Tum *τὸ κρανίον* semel apud Hom. (Il. δ' 84) obvium tam certam nactum est significationem ut in primitivi modum inde fierent voc. composita. Eustathius 700, 64 per syncopen formatum dicit: *τὸ δὲ ῥηθὲν κάρηνον κάρανον ἐν συστολῇ γεγονός, εἶτα συγκοπὲν τὸ κρανίον παράγει, οὗ προϋπάρχειν τὸ κράνον* (scr. *κρᾶνον*) *δοκεῖ, ὡς δῆλον ἐκ τῶν συνθέτων, τοῦ ὠλέκρανον καὶ ἐπίκρανον.* quae fere verba repetuntur a Poll. II, 43 et in Etym. m. 534, 52. praeterquam quod *καράνιον* proponitur unde *κρανίον* ortum dicitur. Accentus autem sedes sibi non constat. Apud Eustathium, Suidam, Pollucem II, 38; VI, 51 paroxytonesis regnat, quae, exceptis duobus locis 534, 52 et 827, 45; in Etym. m. et Hesychio quoque invenitur. In epigrammatis non eadem tenetur ratio. Proparoxyt. scriptum *κράνιον* legitur XI, ep. 288. Lucilii contra *κρανίον* paroxyt. notatum legitur IX, ep. 159. Vocabuli significationem explanat Aristot. h. a. 1, 75. *κεφαλῆς μὲν μέρη, τὸ μὲν τριχωτὸν κρανίον καλεῖται.* Etiam Atticis fuisse usurpatum testatur Plat. Euthyd. 299 d. (Alph.), Athen. p. 211., ubi Aristophanes citatur; scriptorum posteriorum creberrimus est usus, ubi passim proparoxytonos exaratum offenditur.

Porro *τὰ μηρία* quod quamvis significatu differat a *μηροί* (vide Ioan. Henr. Voss. ad hymn. Cerer. v. 245), tamen a *μηρά*, quocum convenit significatu, possit proficisci. Mire docet nescio quis in Etym. m. 496, 13 *μηρά* et *σιτά* per *συγκοπήν* nata esse ex *μηρία* et *σιτία*. cf. ib. 722, 46. At potius *παρωνύμως* formatum videtur quemadmodum pleraque huius generis vocabula. Ceterum illud etiam Atticorum fuisse patet ex Aristoph. Eccl. 934.

Eadem paronymia est in nomine *πηνίον* ap. Hom. Il. XXIII, 762, quod Eustathius 1328, 47 scholiasten ad h. l. secutus ad Pana *ὑφαντικῆς* inventorem ridicule ducit, inde Penelopen nomen habere affirmans. Dammium vero id adiectivum esse existimantem iam redarguit Rostius. Animalculum illud eiusdem nominis culici simile Aristophanes compluries dixisse fertur *πηνίον*. cf. Athen. XV, p. 667 f.

Supersunt *τειχίον, φορτίον, φυκίον,* quorum primum Homeri est, alterum Hesiodi, tertium Theocriti, cuncta vero scriptoribus prosaïcis frequenter usurpata.

Ac *τὸ τειχίον*, quod a deminutiva significatione prope abesse invenitur, distingui solet a *τεῖχος*. *Ἀττικοί*, inquit Hesychius, *τὸν περίβολον τοῖς χωρίοις. Ὁ δὲ Ὅμηρος τεῖχος μὲν τὸ τῆς πόλεως,*

τειχία δὲ τῆς οἰκίας. similiter Thomas Magister: *τεῖχος οὐδετέρως τὸ τῆς πόλεως, τοῖχος δὲ ἀρσενικῶς τῆς οἰκίας λεγόμενον τειχίον μέντοι ἐπὶ τῆς οἰκίας λεγόμενον.* cf. Ammon. de differ. verb. *τείχη μέν ἐστι τὰ τῶν πόλεων, τειχία δὲ τῶν οἰκιῶν.* cf. Piers. ad Moer. s. v. At in vocabulo *τειχίον* si qua ex significatu quaeritur deminutio, maxima e parte eam tolli attributo *μέγα* (cf. Od. XVI, 165. 343.) apte monet Eustathius p. 1653, 17. Sed Atticorum scriptorum, qui de parietibus domuum ac qualicunque de minori ambitu *τειχίον* usurpabant, usus latius patet. Arist. Eccl. 497:

ἀλλ' εἶα δεῦρ' ἐπὶ σκιᾶς
ἐλθοῦσα πρὸς τὸ τειχίον.

quo loco domus (cf. ib. v. 491) parietes dicit chorus et in universum de septis, veluti ap. Thuc. VI, 66: — *τῇ μὲν γὰρ τειχία τε καὶ οἰκίαι εἶργον καὶ δένδρα καὶ λίμνη, παρὰ δὲ τὸ κρημνοί;* id. VII, 81: — *ἀνειληθέντες γὰρ εἴς τι χωρίον, ᾧ κύκλῳ μὲν τειχίον περιῆν.* atque inde de parietinis, ut nostrates Gemäuer dicunt, idem accipiendum videtur apud Aristophanem (Vesp. 1109) Athenienses litium cupidissimos ridentem eosque cum vespis comparantem per examina collectis, in diversa alvearia migrantibus:

συλλέγοντες γὰρ καθ' ἑσμούς, ὡσπερεὶ τ' ἀνθρήνια
οἱ δ' ἐν Ὠιδείῳ δικάζουσ'· οἱ δὲ πρὸς τοῖς τειχίοις
ξυμβεβυσμένοι, —

Nam ad parietinas nidum facientes vespas etiam Aristoteles hist. an. V, 17, 15 memorat: *οἱ δὲ σφῆκες — τὰ φαλάγγια ἀποκτείναντες φέρουσι πρὸς τειχίον ἤ τι τοιοῦτον τρώγλην ἔχον.* et idem mox de eadem re num. plur. *τειχία.* pariterque rem vel apud Xenoph. intelleximus *ἱπ.* 3, 7 de equis ad currendum exercitandis *τειχία ὑπερβαίνειν*, atque idcirco scribendum ibid. 6, 5 *τειχία ὑπερακρίζειν* vidit Brodaeus pro *τείχη*, cuius loci memor fuit Pollux I, 196 quum scriberet: *τειχίον ὑπερακρίσαι — μεμελητηκὼς ἵππος.* unde de muri lorica Lucian. piscat. 47. cf. Diodor. Sic. XVI, 12. Palladius denique hoc nomen in deminutivam videtur accepisse significationem: Anth. Pal. IX, ep. 378:

— τὸ δὲ σαθρὸν ἐκεῖνο
τειχίον ἐξαίφνης εὐθὺς ἔκειτο χαμαί.

cuius rei simile nullum usquam invenitur exemplum. Minus igitur recte Tryphon id nom. comparans cum *κλειδίον* vocitavit *ὑποκοριστικὸν* sec. schol. ad Il. IX, 146. Tum *τὸ φορτίον*, cuius accentus ratio exposita est in Etym. 451, 18, quin in nominis *φόρτος*, unde originem trahere dicitur, locum succederet, parum abfuit. Nec Thomas Mag. — *ἀγώγιμα κάλλιον ἢ φορτία* — nec Moeris: *φόρτος Ἀττικῶς· φορτίον Ἑλληνικῶς* — ad scriptorum usum respexerunt; sed ad significationem sine ullo discrimine aptius dicit Pollux I, 99: *τὰ ἐντιθέμενα ταῖς ναυσὶ φόρτος, φορτία.* iisque fere verbis vocabuli utriusque usu describitur. Nam apud Hesiod. *ἔργ.* 641, 691 bis legitur pluralis quem crebriorem esse singulari dicit Passovius in lex. Sed suus utrique

est significatus numero, ut alter alterius numeri vicibus fungi nequeat, veluti ap. Aristoph. Plut. 353:

τουτὶ πονηρὸν φαίνεται τὸ φορτίον.

et Demosth. in Lacrit. 929: — ἄλλο δὲ μηδὲν φορτίον. — cf. Aristoph. Acharn. 212. 967. Xenoph. lex. Sturz. Strab. Vol. VI, p. 142. Diod. Sic. II, 11. Lucian. Contempl. 4. rer. hist. I, 31, 34. Asin. 19, 29. quibus locis ne poterat quidem poni pluralis. Recte vero observasse nobis videmur: φόρτος non nisi singulari usurpatum numero usu cessisse alteri pluraliter dicendo, ita ut apud Strab. T. III, p. 260 pro φόρτων legendum putemus φορτίων quemadmodum legitur ib. T. I, p. 105, 265. T. II, p. 47, 67 etc. Pluralis derivati numerus frequens est. cf. Aristoph. Ach. 907. Herod. 1, 1. Demosth. κατ. Φορμ. 908 etc.

Denique nomine τὸ φυκίον comprobatur plerorumque quae commemoravimus vocabulorum paronymia, qua derivatorum et primitivorum significatio nihil differat, nisi quod vox quae dicitur derivata, nusquam tralata invenitur. De huius vero nominis et significatu et accentu ambigitur. Scholiastes ad Il. IX, 7 φῦκος τὸ χορτῶδες τῆς θαλάσσης ἀπόβλημα· οἱ δὲ φυκία βοτάνην τὴν ἐν τῷ βυθῷ τῆς θαλάσσης γινομένην. quod scholion plenius legitur in Etym. m. 801, 50: φύκος (l. φῦκος) τὸ χορτῶδες τῆς θαλάσσης ἀπόβλημα· οἱ δὲ φυκία φασὶ βοτάνην τὴν ἐν τῷ βυθῷ θαλάσσης γινομένην, παρὰ τὸ φύεσθαι. quocum compara schol. ad Il. XXIII, 693: φῦκος δέ ἐστιν ἤτοι ἡ ἄχνη τῆς θαλάσσης ἢ πόα παραθαλασσία οὕτω καλουμένη. quae verba paulum mutata leguntur iterum in Etym. m. 70, 21 quo tamen loco φύκιον proparoxytonos scriptum offenditur, contra canonem qui ib. p. 451, 18 exhibetur, vocabulis inter se dissimilibus: φορτίον, κλειδίον, φυκίον, compositis; itemque paroxytonos notatum legitur ap. Hesych. et Suid. Homerus quidem primitivo φῦκος concessit locum, etsi φυκιόεις *) (Il. ψ, 693) reperitur; derivato usus est primus Theocritus id. VII, 58, tum poëtae Anth. graecae, ubi IX, ep. 663 φύκια proparox. scriptum est, sed VI, ep. 24; VII, ep. 637 φυκία paroxytonos. Pluralem quidem nominis primitivi numerum non invenimus, sed singularem apud Strab. T. VI, p. 402, 415. Diodor. Sic. III, 18, 39. Lucian. de merced. cond. 33. Altera forma saepius invenitur apud Lucianum mox paroxyton. ut Bis. accus. 31 (ed. Hemsterh.), mox proparoxyt. scripta, ut in libro: quom. hist. conscr. 8 fin.

Vidimus ergo nomina τὸ ἑρκίον, τὰ ἡνία et peculiari significatu praeditum τὸ κλίσιον poëtis non nisi epicis, sed τὰ οἰκία etiam Ionibus, reliqua τὸ ἠρίον, θηρίον κτέ. non tantum his poëtis, verum etiam prosaïcis scriptoribus fuisse probata. Deinde ex iis, quae supra disputavimus, apparet, omnia praeter

*) Pariter λειριόεις Homero usurpatum, etsi λείριον ab eo nondum receptum.

ῥηματικὰ illa voc. τὸ ἤριον, τὰ ἤνια, τὸ κλίσιον habere nomina unde profecta putari possint, et quamvis ratio, qua haec formentur nomina, a deminutivis abhorrere non videatur, significatio tamen deminutiva ut iis attribuatur, tantum abesse, ut eorum, quamvis derivatorum, vim ac potestatem ampliorem esse cognoverimus, quam primitivorum. Accentus vero deminutivis impertiendi excusatio, qua in dactylici numeri nominibus Graeci uterentur, ut media deminutivi syllaba suffulciretur, ad haec quidem nomina deminutivorum significatione omnino carentia minime pertinet. Haec enim nomina, non qua ratione defendi possint, sed quia veterum grammaticorum παραδόσει confirmantur, suo sunt accentu signanda.

At mirationem facere posset, si Graeci posteriori tempore talium nominum quae non minus de accentus loco dubitationem afferrent, formandorum modo ac ratione prorsus abstinuissent.

Quodsi ab antiquioribus qui dicendi genere maxime inclaruerunt, scriptoribus incipientes ad ea usque tempora quibus Atticus sermo iam defloruerat, progrediamur, certis comprobabimus testimoniis, terminationem ιον inserviisse non uni tantummodo quibus deminutiva definiretur significatio, nominum classi, sed in universum fuisse, quem exitum haberent substantiva, adeo ut huiusmodi nomina non a verbis solum genita videamus, verum etiam a praepositionibus *).

Namque τὸ ἀμφίον quod cur a Schaefero ad Greg. Cor. p. 11 in deminutivis sit positum, caussam non pervideo, non minus originem debet praepositioni ἀμφί quam ἀντίον praep. ἀντί. Illud ab Hesychio per ἀμφίεσμα, ἔνδυμα explicatum affertur e Sophoclis Momo; at in Bekk. anecd. eodem fere modo expositum id proparoxytonos scriptum legitur. Alterum vero voc. ἀντίον invenitur apud Aristoph. Thesm. 828 eoque secundum Kuesterum Pollucis auctoritatem afferentem significatur instrumentum quoddam textorium sive liciatorium.

A verbis sunt eiusdem fere aetatis nomina τὰ ὅλκια a Polluce X, 34 Sophoclis ἐν Ναυπλίῳ dictionem per πηδάλια exponente citatum, idque rectissime, quum poëtam Homeri qui Od. XIV, 350 per ἐφόλκαιον gubernaculum significaverat, dictionem imitatum fuisse arbitremur. Ab hoc vero multum differt ὅλκιον ex ὁλκεῖον corruptum sec. Polluc. X, 176: ἀγγεῖον ὑγρῶν τε καὶ ξηρῶν Menandri et Philemonis memorem. cf. Meinek. reliq. Men. p. 29 et p. 263.

Etiam obscurior est vocis τρυβλίον origo. Ea enim, non stabili accentu, nullum habet a quo petatur nomen, nisi maxime

*) Ita bisyllaba nom. in ιον, ἴον, σίον, θρίον, μυίον, ῥίον cum non habeant, unde proficiscantur, pro primitivis habenda erunt.

dubium illud τρύψ a Schneidero inventum (cf. Passovii lex.). Videtur autem nobis a verbo τρύειν cognato illo cum verbo τιτρᾶν, interpositis quibus stirps corroboraretur, βλ literis profectum, eadem ratione qua formatum est ψάλιον sive ψέλιον (cf. Schaef. ad Dionys. comp. pag. 253.) a ψᾶν sive ψεῖν. Illius voculae, cui dem. significationem recte abiudicat Passovius, accentus in medio est in Etym. m. p. 544, 37 et sic apud Suidam; contra eodem in Etym. p. 654, 4 et p. 784, 30 τρύβλιον in prima syllaba. In Aristophanis comoediis accentum ad deminutivorum regulam positum inveni, velut sing. Av. 77, Ach. 278. plur., Eccl. 253, Eq. 656 (ed. Inverniz.) excepto uno loco eq. 1012 ubi quidem editum est τρυβλίον, sed ms. praebet τρύβλινον i. e. τρύβλιον proparox. scriptum. Τρυβλίον porro paroxyt. exaratum invenimus Athen. VI, p. 216, tum ap. Strab. T. VI, p. 343 et 529 (ed. Tsch.) at non aequabiliter constanterque, nam ib. T. VI, p. 64 τρύβλιον in prima signatum legitur. In Luciano denique ab Hemsterh. edito, Tim. 54, Som. 14. 19, Jov. confut. 42, deminutivis contrarius deprehenditur accentus.

Hac vero in re licentiam ne statuamus maiorem quam in sermone ipso conceditur, valde cavendum est. Neque enim natura fit nec ullo probari potest politioris quidem orationis exemplo, si ab adiectivo formatum inveniamus substantivum in ῑον deminutivo simillimum, quale est πυκτίον sive πτυκτίον*) cf. Suid. T. III, p. 239; Iacobs. ad Anthol. P. T. II, p. 18.

Iam pergamus ad reliqua huius generis nomina, quorum accentus est in prima syllaba collocandus.

§. 3.

De vocibus in ῑον quarum in prima versatur accentus.

Complura nomina in ῑον exeuntia, quae imprimerent et quasi signarent in animo Graecorum eam speciem, ut cum deminutivis confunderentur, fuisse primigenia, multis modo docuimus argumentis. Ut vero ad rationem qua certa vocabulorum forma exprimenda fuit, omnia revocemus, tantum abest, ut ad grammaticorum, quorum tota vita commentatio artis fuit, praecepta respiciendum putemus. Sed longum est de grammaticorum inconstantia dicere, qui aliis excusatione, cur a deminutivis alienum tenuerint accentum, ne opus quidem iudicantes, de aliis nominibus quum natura tum significatu cum illis congruentibus plane contraria doceant. Ita inter omnes melioris

*) Eodem vitio laborat μάλιον, cincinnus, ab adiectivo μαλός sive μαλλός profectum, unde scholiastes nom. μαλλίον usus est ad Theocr. id. X, 10; illud vero praestat Ammian. Anth. Pal. XI, ep. 157. Inde multam in reprehensionem incurreret Alexis qui sec. Antatt. Bekk. Anecd. 100, 7 dixisse fertur: ἰσχυρίσκος; ἀντὶ τοῦ ἰσχυρός nisi iam pridem a Meinekio correctum esset: ἰσχυρικός. Nam φιλτάτιον ab Aristoph. comice dictum est.

quidem notae grammaticos constat, in deminutivis muta cum liquida iuncta servatam fuisse ad quam reliqua ternarum syllabarum deminutiva dirigerentur, regulam; veluti in his: βιβλίον, τεκνίον, τεχνίον; nihilo tamen secius in nominibus non deminutivis quae literarum forma illis sunt consimillima, ut ἴκρια, ἴχνια, ἤτριον, ἴτριον, λούτριον, quamquam de eorum accentu neque ubique constat et τρυβλίον paroxytonos plerumque scriptum in alteram partem discessit, inaequalis tenor observatur. Quanta vero fuerit inter veteres grammaticos de plerisque rebus varietas ac dissensio, ex vocis ἴχνιον tractatione liquet. Unus enim scholiasta ad Il. XIII, 71 τὸ ἴχνιον, praecipit, προπαροξυτονητέον, ὁμοιοτόνως τῷ ἀράχνιον· οὐ γάρ ἐστιν ὑποκοριστικόν, ἀλλ' ἀπὸ ῥήματος ἐσχημάτισται, cf Etym. m. p. 480, 50, ubi αἴξω*) futurum unde ortum sit dicitur. Alter autem scholiasta eiusdem loci accentus locum inde exponit, quod ἄφωνον ὑγρῷ συνεζευγμένον οὐ ποιεῖ τὴν μακρὰν πρὸ αὐτοῦ; etsi ea forma ad Il. XVI, 739 rectissime explanatur: μετώπιον τὸ μεσόφρυον, τὸν μεταξὺ τῶν ὠπῶν τόπον. — ὥσπερ ἴχνος ἴχνιον καὶ ὅρκος ὅρκιον παραγώγως. Neque vero insipiens videtur grammaticus qui illo loco ἴχνος a radice ἰκ — repetiit. Fuisse enim semivocales ν atque ρ quibus stirpium corpora augerentur, non tantum hoc monstrat nomen, verum etiam ἄμνιον sive ἅμνιον, si quidem recte in Etym. m. p. 84, 40 ab αἷμα origo proditur, et ἴκρια **) ibidem p. 470, 30 a verbo ἱκνεῖσθαι ductum; eaque est apertissima vocis δέμνια***) originatio a verbo δέμειν. Vocabulum igitur ἴχνιον ubi cum ἴχνος, ad quod possit referri, comparatur, παρωνύμως formatum esse supra demonstravimus. Illud autem eum obtinet usum, ut in Homeri et quae ei attribuuntur, carminibus numerus non nisi pluralis inveniatur; unde Plato Phaedr. 84, 4 ed. Bekk. si ex Homero: — τοῦτον διώκω κατόπισθε μετ' ἴχνιον ὥστε θεοῖο memoriter dixit, vocabuli forma lapsus esset, nisi duo codd. haberent μετ' ἴχνια cf. Od. II, 406. III, 30 etc. — sed epigrammatistae, uti IV, ep. 4, v. 84. V, ep. 58, etc. singulari numero non abstinuerint. A sermone Attico illa vocula abhorruit. Nam apud Xenoph. Anab. 1, 6, 1: ex optimorum librorum auctoritate scribendum est: ἐντεῦθεν προϊόντων ἐφαίνετο ἴχνη †) ἵππων καὶ

*) Pro hoc futuro grammaticum scripsisse ἴξω ex altero Homeri l. c. scholio quod ab his incipit verbis, concludi possit: ἴχνια ὁμοτόνως τῷ παίγνια· καὶ γὰρ ὃ μὲν παρὰ τὸν ἴξω μέλλοντα ἔλαβε τὸν σχηματισμόν, ὁ δὲ παρὰ τὸν παίξω.

**) In illo Etym. m. loco ἰκρία paroxytonos minus recte scriptum legitur, veluti in epigr. Leonid. A. P. XI, ep. 200; contra in eod. Etym. idem nomen plus semel proparoxytonos notatum.

***) Singularem num. δέμνιον solum apud Pindarum nem. 1, 3: δέμνιον Ἀρτέμιδος — invenimus.

†) Versa vice apud Hom. Od. XIX, 42 scribendum videtur pro: ἴχνη ἐρευνῶντες — ἴχνι' ἐρ. — quemadmodum in Iliad. XVIII, 321 ἴχνι' ἐρευνῶν legitur.

κόπρος non ἴχνια quam formam expressit Schneiderus, ita ut Lucianus Philopat. εἰς τὰ τῶν μακάρων ἴχνια, nisi epici sermonis nitorem affectavit, cum ne Herodotus quidem eo usus fuerit vocabulo, communi dicendi genere excidisse videatur. Parum vero refert utrum id dicas verbale, an παρωνύμως formatum nomen. Certiora autem verbi vestigia cernuntur in nomine, quo semel Homerus (Od. XXI, 61) usus est, ὄγκιον, quod nemo his disciplinis leviter imbutus ad vocem ὄγκος referet, sed Buttmanno potius in lexil. I, p. 288 eius nominis originem a verbo ἐνεγκεῖν trahenti assentietur. Quo magis res patescat, haud ab re duco referre vocabulum post Homeri aevum usurpatum: τὰ ὄργια, quod in Orphicis et apud Lucian. in libro ἰωνικῶς perscripto de Dea Syr. singulari positum est numero et a verbo ἐοργέναι ducendum. Neque enim quisquam Ioan. Henr. Vossio eam voculam ad hymn. Cerer. v. 273 (p. 83) ab ὀργή repetenti credet. Etiam ea nomina in carminibus tantum non epicis obvia, quorum originem nescire neminem grammaticorum dedecebat, ἤϊα, λήϊον in Etym. m. s. vv. ad verbum ἰέναι revocantur. Quorum nominum originationem quamquam incertissimam iudico, tamen apparet, multa huiusmodi vocabula non fuisse, uti aiunt, denominativa. Iam vero duo non Homerica afferam vocabula φρούριον *) et λούτριον quo magis cognoscatur, quam sit incerta eorum originatio. Illud enim etiam tragicis concessum creberrimum invenit Atticorum usum, neque improbanda videtur quae in Etym. m. s. v. proposita est notatio: φρουρός, ὁ προορῶν· παρὰ τὸ προορᾶν· φρούριον δὲ σημαίνει τὸ κάστρον· οὐκ ἀπὸ τοῦ φρουρός· φρουρεῖον γὰρ ἂν ἦν, ὡς ἰατρὸς ἰατρεῖον· ἀλλ' ἀπὸ τοῦ φρουρῶ. neque tamen errant qui id voc. a nomine ἡ φρουρά per paronymian formatum iudicent. Idem etiam de λούτριον Aristophaneo vocabulo (Her. fr. 11.) statuendum erit cf. Poll. VII, 167. X, 78. Talia vero primitiva desiderabimus, ubi quorum originem nos prorsus ignorare fatemur, ad haec vocabula spectamus: τὸ ἤτριον, quod Bekker. in Platon. Phaedr. p. 80, 12 paroxytonos exarandum curavit, ἴτριον quod paroxyt. scriptum citavit Schneid. in lex. ex Hephaesto, plurali num. Aristoph. Ach. 192 et Soph. ap. Athen. p. 646: ὄσπρια plurali fere dictum numero (cf. lex. Xen. Sturz.) σίλφιον (Herod. Aristoph.) φέλλια quod sunt qui in deminutivorum modum scribant (cf. Sturzii lex. Xenoph.), quorum notionem si quis in adiectivorum formas applicaturus sit, analogia quidem minime deficitur. Magna est enim vocabulorum in ιον, quae ab adiectivis profecta substantivorum speciem prae se ferunt, copia neque tantum ille in Homeri carminibus obvia, verum etiam posteriori tempore politissimo cuique scriptorum probata.

Sed primum afferemus Homeri, tum atticorum potissimum huius-

---

*) φρουρίον paroxytonos scriptum legimus in epist. XII quae Aeschini supponitur (p. 698) cum adiectivo μικρόν coniunctum; at inde nulla quaerenda est deminutio.

modi nomina ex adiectivorum significatione orta. De nominum ξείνιον *) sive ξεινήϊον, ῥύσια, μείλια sive ἐπιμείλια quamvis Tryphon. sec. schol. ad Il. IX, 146 de accentu quaesierit, nemo dubitabit. Plus vero facessunt negotiorum ἔριον sive εἴριον, ἴσθμιον, ὅρκιον, quibus adde λείρια, αὔλιον et hymnis pervulgata et posterioribus scriptoribus nota, quorum de usu breviter dicam. Ac primum quidem ἔριον (Od. IV, v. 124) sive εἴριον (Il. XII, 434 cf. Schaef. ad Greg. Cor. p. 442) numero plurali pronuntiatione non nisi ionica ap. Homerum pervulgatum. Id non singulari modo, uti Herod. I, 23. IV, 162. Plat. rep. III, 298 a. sympos. 175. d etc. sed frequentius plurali numero in communem receptum est dictionem, cf. Aristoph. Eccles. 215. Ach. 1177. neque recte dicitur illud deminutivum e nomine εἶρος plus semel in Odyssea repetito natum, sed ab adiectivi profectum natura substantivi suscepit vim ut inde fierent vocabula derivata, veluti ap. Aristoph. ran. 1386 ἐριοπωλικῶς et Strab. Vol. VI, p. 43 ἐριοφόρων. Vocabulo deinde ἴσθμιον (cf. Pierson. ad Moerid. p. 179 ed. Koch) adiectivi species non derogabitur, etiamsi ἴσθμιος adiectivum posterioris fuerit aetatis.

Magis dubia est res de vocula ὅρκιον, quae Buttmanno lexil. II, 58 e deminutiva significatione orta fuisse videbatur. Adiectivi **) vero species vel ex adiectivo ipso quod exstat, ὅρκιος apparet. Semel modo ὅρκιον singulariter dictum ab Homero Il. IV, 158 ἅλιον — ὅρκιον, compluries a Pindaro Ol. XI, 6 πιστὸν ὅρκιον, cf. Isthm. IV, v. 15. Atticorum solus Thucydides VII, 72 eodem numero semel usus est; alibi non nisi pluraliter. In tragoediis quae adhuc superstites sunt, ter invenitur pluralis Eurip. Suppl. 1258. Med. 734. Aeschyl. Agam. 1430 idemque numerus bis apud Thucyd. VI, c. 19 et 52; oratorum Atticorum nemo nisi Lysias πολ. δημοκρ. καταλυσ. ἀπολογ. 1608, 18 (ed. Reisk.) ita ut praeter Ionici, poëtici fere fuerit sermonis. Ac mirum quod recentiores scriptores eo ferme abstinuerunt vocabulo. Nam apud Lucian. in vit. auct. semel Pythagoreus ille ἰωνικῶς loquens dixit ὅρκιον. In Platonis scriptis, ubi id non offenditur nomen, semel legitur Phaedr. 241 b. τὰ ὁρκωμόσια.

Deinde hymnorum posteriorisque temporis sunt λείρια et αὔλιον quae passim deminutivorum modo scripta inveniuntur. Ita in Anth. Planud. IV, ep. 1, v. 6. λειρία paroxytonos scriptum. Adiectivi vero proprietatem inde perspeximus quod Pindarus nem. VII, v. 116 λείριον ἄνθεμον composuerat, quum alibi in hymn. Cer. 427. Apoll. Rh. arg. II, 879 et in Anth. Gr. pluralis solus offeratur numerus qui idem apud Lucian. Bacch. 4 sub fin. offendi-

*) Singul. num. est ap. Homerum raro, uti Od. XX, 296, tum ap. Pind. Pyth. IV, v. 60. Anth. Pal. VI, ep. 261.

**) cf. Viger. p. 615 ed. Herm.

tur. Homerum denique inde *λειριόεις* formasse iam commemoratum est.

Tum τὸ *αὔλιον*, quod Ellendtius in lexico Sophocleo sine idonea caussa paroxytonos scripsit. Melius Passovius id ad adiectivi formam aptavit. Neque enim in hymn. Merc. 106 neque ap. Apoll. Rhod. Arg. II, 142. III, 596 neque apud Theocr. idyll. XXV, 85 aut apud tragicos, veluti Soph. de Philoctetae caula (v. 19 et 953) ullum animadvertitur deminutionis vestigium quod demum apertius apparet apud Harpocrationem s. v. *αὔλιον* (cf. Suid. s. v. *Αὐλεία θύρα*) qui legatur dignus est locus: *Λυσίας κατὰ Διοδότου καὶ Αἰσχίνης κατὰ Κτησιφῶντος* (70, 21 R.) *ἤτοι ἀντὶ τοῦ ἐπαύλεις ἢ ἀντὶ τοῦ τὰς μικρὰς αὐλάς, αὔλια.* Sed apud Aeschinem l. c. in trib. codd. scriptum est *ἐπαύλια* *), quod recepit Reiskius, contra Bekkerus *αὔλια* codicem e secutus, ubi tamen *αὐλία* paroxyt. notatum. Neque Harpocrationis interpretamentum: *ἀντὶ τοῦ τὰς μικρὰς αὐλάς, αὔλια,* hoc facere potest momenti, ut huius vocabuli perspicuitas elevetur. Praeterea id voc. semel ap. Xenoph. Hellenic. 3, 2, 8 legitur: (*ὡς ἐν τῷ στρατοπέδῳ*) *ὥσπερ ἐν αὐλίῳ σηκασθέντες κατηκοντίσθησαν.*

Postremo in medio proponenda sunt quae et Atticorum et posterioris aetatis scriptorum usu sunt nobilitata nomina in adiectivorum significationem revocanda: *μόριον, ὅριον, ποίμνιον* tragicorum dictioni non omnino inconvenientia, tum *αἴτιον, βράγχιον, θέσμια, κόπρια, κόσμιον, λόγιον, παίγνιον, πλαίσιον, ῥόθιον, σάρδιον, σαύνιον, στάδιον, στάθμια, σφάγιον, τίμιον, τόμια, φώριον* vel Atticis vel recentioribus concessa scriptoribus.

Horum nominum τὸ *μόριον* semel apud Eurip. Androm. 542 legitur:

— *ἐπεί τοι*
μέγ' ἀναλώσας ψυχῆς μόριον
Τροίαν εἶλον καὶ μητέρα σήν.

ex communi translatum sermone, ubi certo definitum erat significatu, adeo ut deminutivi quae videtur huic verbo subiecta, ubi de re diligentius consideratur, notio haud vera sit. Ita apud Thucyd. I, 141. II, 39. VI, 92. VII, 98. VIII, 48: *ἐν βραχεῖ μορίῳ,* atque VI, 86 idem *πολλοστὸν μόριον* *). Contra idem VII, 56 *μέγα μέρος*, quod haud scio an fortuito factum sit, quum Xenoph. Apol. Socr. *πολλοστὸν μέρος* dixerit pariter atque idem *μικρόν τι μέρος* Cyr. discipl. 1, 6, 12. cf. Isae. *Δικαιογ. κλ.* 51, 21 quo loco est *ἐλάχιστον μέρος*; atque Plato qui Phaed. 109 b. *ἐν σμικρῷ τινι μορίῳ.* Tim. 30 c. *καὶ γῆς μόριον ὀλίγον*

---

*) Hocce praeterea legitur nomen ap. Plat. Hipp. Min. 417 e.

*) Pro hoc recentiores scr. *πολλοστημόριον* cf. Lob. ad Phryn. p. 663.

καὶ λεπτόν dixit *) quidem, at idem rep. 208 b. οὐκοῦν ὅπερ ἐσκοποῦμεν κατ' ἀρχὰς ἀνευρήκαμεν ὅτι μόρια ἀρετῆς οὐ σμικρὰ ἀλλήλοις διαφέρεσθαι φύσει et id. Politic. 280 a — μέγιστον μόριον — cf. Theaet. 205 b. Soph. 229 b. 257 d. Phaed. 12 c. Hipp. min. 383 a. Cratyl. 285 c. Phileb. 52 b. Herod. II, 15. VII, 23. Demosth. pro cor. 247. Hinc partes orationis dicuntur τὰ τοῦ λόγου μόρια ap. Dionys. Halic. de comp. verb. T. V, p. 7 c. 2 (ed. R.) et pudenda tam virilia quam muliebria (cf. Etym. m. 590, 38) ap. Diod. Sic. I, 88. IV, 6. Luc. Dialog. Mort. XXVIII, 2. vit. auct. 6. His accedit tertium synonymon ἡ μερίς, quam voculam hic expedire non placet. Sed ex illis quibuscum coniunctum est nomen μόριον adiectivis non sequitur, fuisse id deminutivum. Neque ὁ μόρος ob significationis discrepantiam illius primitivum dici potest, sed potius videtur τὸ μόριον in nominis dialecto Laconica divulgati μόρα locum cessisse. Ergo haud veremur, ne id voc. ab adiectivi notione profectum esse dicentes a vero aberremus. Eiusdem est analogiae ὅριον, cui cur deminutivi natura tribuatur, quum nominibus μεθόρια, προσόρια apertissima sit adiectivi species, ratio non perspicitur. Manifesta est res ex Plat. legg. VIII, 842 e Διὸς ὁρίου μὲν πρῶτος νόμος ὅδε εἰρήσθω· μὴ κινείτω γῆς ὅρια μηδεὶς μήτε οἰκείου πολίτου γείτονος μήτε ὁμοτέρμονος· cf. ib. 843 b. X, 909 c. quae res praeterea eo confirmatur quod atticorum scriptorum numerus non nisi pluralis fuit. Apud Eurip. bis Troad. 379 — γῆς ὅρια — Hercul. fur. 83. γαίας ὅρια. — ap. Soph. semel fragm. I. Phrixus a Steph. in Ἄστυ servat. ὅρια κελεύθου, τῆσδε γῆς προαστίας. Pariter ap. Thuc. V, 115. Plat. Menex. 240 b. Lycurg. contr. Leocr. 150, 30. Andocid. περὶ τῶν μυστηρ. 7, 9 et apud Xenophontem. Singularem tantum in posteriorum scriptorum libris reperimus, uti apud Strab. Vol. VI, p. 321 — ὅνπερ ὅριον ποιοῦνταί τινες τῆς Σελευκίδος πρὸς τὴν Φοινίκην καὶ τὴν Συρίαν — ubi etiam ab ὅριος adiectivo esse potest, veluti T. I, p. 86 ἀξιόλογον τοῦθ' ὅριον ἐφάνη ὁ Νεῖλος. nam alioquin dicendum fuit: τοῦτο τὸ ὅριον. Apertius est substantivi signum ibid. I, p. 253: τοῦτο δὲ τὸ μὲν ἀπὸ τῆς Συήνης, ἥ ἐστιν ὅριον τοῦ θερινοῦ τροπικοῦ. et creberrime apud eundem quum singularis tum pluralis. cf. Diod. Sic. XVI, 82.

Hoc vero recte nobis observasse videmur: τὰ ὅρια non nisi de regionum seu agrorum terminis finibusve dici, ita ut Lycurgum contr. Leocr. 163, 24 non ita locutum esse arbitremur:

---

*) Huiusmodi attributis quae deminutivo maxime conveniunt, delectantur etiam posteriores scriptores, veluti Zonar. Sard A.P. VII, ep. 404. ὥστ' ἔχε μὲν ψιάθου μόριον βραχύ. et Leonid. VII, ep. 743: φεῦ, γαίης ὅσσης ὅσσον ἔχει μόριον. Lucian. Hermot. 54 fin. — ῥᾴδιον καταμαθεῖν ἐν ὀλίγῳ ἡμέρας cf. ibid. 56 etc. Ita iam Strabo T. VI, p. 559 dixerat: ἐπιτρέχοντα τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτὸς μόρια. cf. ibid. p. 600.

τοῖς ὁρίοις τοῦ βίου pro τοῖς ὅροις, cuius loco Xenoph. Laced. rep. 10, 7 τὸ τέρμα τοῦ βίου scripsit. Sic Demosth. pro coron. 324 τὴν δ' ἐλευθερίαν καὶ τὸ μηδένα ἔχειν δεσπότην αὐτῶν, ἃ τοῖς προτέροις Ἕλλησιν ὅροι τῶν ἀγαθῶν ἦσαν καὶ κανόνες ἀνατετροφότες — neque laudamus Diod. Sic. I, 55 dicentem διόπερ ὅρια τῆς στρατείας ποιησάμενος — cf. id. T. VII, p. 234 ed. Wessel. Huius denique voculae adiectivi speciem expressit maxime compositum ὁριοδεῖκται in Etym. m. p. 632, 32.

Ex hac nota etiam est ποίμνιον, si approbamus quae leguntur in Etym. m. 678, 54: id factum esse vocabulum ex syncope ποιμένιον, cuius adiectivi species reservata est in Anthol. Pal. VI, ep. 73. cf. IX, 324. Neque igitur placet illud a ποίμνη repetere. Atque tragici sermonisque soluti scriptores utramque nullo discrimine praestant voculam. cf. Soph. Ai. 27. Oed. Tyr. 760, 1027, 1136. Plat. Crit. 109 b. rep. II, 359 e. III, 416 a. legg. X, 906 a. Demosth. κατ. Εὐεργ. 1156. Theocr. idyll. V, 75. VI, 6 etc. Longum est recentiorum scriptorum citare exempla. Ex reliquis, quae ante allata sunt, duo inveniuntur ἐθνικά: τὸ σάρδιον iam Platoni notum et σαύνιον recens factum: „Samnitibus, inquit Festus s. v., nomen factum propter genus hastae, quod σαύνια appellant Graeci.“ Rem nimirum a gente transferentes eodem modo nominaverunt. cf. Tschuck. ad Strab. Vol. VI, p. 142 et Reisk. in indic. Dionys. Halic. Ut vero certo quidque ordine pronuntietur, reliqua eiusmodi nomina proponenda sunt ita ut scriptorum maxime aetatis ratio habeatur. Ita Herodoti est τὰ θέσμια pluraliter duntaxat dictum: I, c. 59 ἔνθα δὴ ὁ Πεισίστρατος ἦρχεν Ἀθηναίων, οὔτε τιμὰς τὰς ἐούσας συνταράξας οὔτε θέσμια μεταλλάξας. unde πάτρης θέσμια Anth. Pal. epigr. ἀδεσπ. IX, 185. Atticorum praeterea fuerunt haec: αἴτιον, λόγιον, παίγνιον, πλαίσιον, ῥόθιον, στάδιον, στάθμια, σφάγιον, τόμια. quibus obsequuntur a recentioribus posita haec: βράγχιον, κόπρια, κόσμιον, τίμιον, φώριον, quae paucis absolvemus.

Ac primum quidem nomini τὸ αἴτιον Atticis rarius usurpato, uti Thucyd. VIII, 9. αἴτιον δ' ἐγένετο τῆς ἀποστολῆς τῶν νεῶν οἱ μὲν πολλοὶ τῶν Χίων οὐκ εἰδότες τὰ πρασσόμενα. et Xenoph. Cyr. exped. IV, 1, 17. σχολὴ δὲ οὐκ ἦν ἰδεῖν παρελθόντι τὸ αἴτιον τῆς σπουδῆς. adiectivi notam nemo abiudicabit, etiamsi legerit ap. Aristol. hist. an. X, 1, 1 ed. Schneid. — ἵνα εἰ μὲν ἐν ταύταις τὸ αἴτιον. — Eandem suscepit rationem τὸ λόγιον iam a lexicographis adiectivum iudicatum. apud Thuc. II, 8 καὶ πολλὰ μὲν λόγια ἐγένετο aliosque scriptores frequenter obvium. Plus dubitationis obiiciunt παίγνιον et πλαίσιον, minus ῥόθιον, στάδιον, στάθμια, σφάγιον, τόμια. Illud in Etym. m. s. v. cum ἴχνιον comparatum dici nomen verbale prius commemora-

vimus. cf. ibid. p. 135. Id vero suam substantivi potestatem adiectivo *παίγνιος* acceptam referre, analogia confirmatur.

Tum *τὸ πλαίσιον* quod ab Aeliano tact. p. 69 explicatum adiectivi conterminum puto: *πλαίσιον ὀνομάζεται, ὁπόταν πρὸς πάσας τὰς πλευρὰς παρατάξηταί τις ἐν ἑτερομήκει σχήματι· πλινθίον δὲ, ὅταν ἐν τετραγώνῳ σχήματι αὐτὸ τοῦτο πράξῃ, ὅπερ Ξενοφῶν ὁ τοῦ Γρύλλου πλαίσιον ἰσόπλευρον καλεῖ.* cf. Schneid. ad Cyr. exped. III, 4, 19 et Sturz. in lex. Xen. In Etym. m. p. 674. 45 ad verbum *πλάττεσθαι* revocatur vel ad adverbium *πέλας*, *πελάσιον· καὶ συγκοπῇ καὶ πλεονασμῷ τοῦ ι, πλαίσιον*. Nomen quod sit mente addendum, ut adiectivi expediatur ratio, ubi quaeritur: *σχῆμα* mihi videtur esse, quo expositum est a schol. Thuc. VI, 67 *ἐν σχήματι τετραγώνῳ*. Pariter *τὰ πλάγια* *), cuius adiectivi schema apertius est, saepissime substantivi fungitur vicibus cf. Xen. exped. Cyr. VI, 3, 15 etc.

Vocabulum porro *ῥόθιον*, cuius vera species ex Homero Od. V, 412 *κῦμα ῥόθιον* (cf. Etym. m. 705, 10) cognoscitur, substantivi instar posuit Thucyd. IV, 10: *φόβῳ ῥοθίου* — quem ad locum observat scholiasta: *ῥόθιόν δέ ἐστιν ὁ ἦχος τῆς εἰρεσίας*. cf. ibid. Duck. idemque legitur in A. P. VI, ep. 167. Aeque vocabulo *στάδιον* adiectivi vis tribuitur a Lobeckio ad Buttm. T. II, 2 p. 441, qua ab forma non abhorrent *στάθμια*, *σφάγιον*, *τόμια*. Illi quod deminutivum vulgo appellatum *παροξυτόνως* in Passovii lexico scribitur, adiectivi naturam ingeneratam esse inde sumimus, quod Stephanus in Thes s. v. pluralem numerum tantum inveniri affirmat. Nec nobis contigit, ut ei saepius quam semel occurreremus apud Lucian. vit. auct. 27: *τί δαί σοι τὰ στάθμια ταυτὶ βούλεται.*

Tum *σφάγιον* ab Hesychio et Phavorino per *πρόβατον*, *θῦμα* expositum singulari numero legimus semel in Anth. Pal. VIII, ep. 51, plurali apud Herod. IX, c. 61 et Xenophontem crebrius. Adiectivi denique sententia in nomine *τόμια* tam est aperta, ut non sit opus afferre exempla. cf. Viger. p. 615. (ed. Herm.) Crebro enim id legitur in Platonis, Herodoti aliorumque scriptorum libris. Ad horum vocabulorum, quae Atticorum usu fuerunt celebrata, seriem coniungendam, nunc de nomine *βράγχιον* quo Aristotelem primum usum fuisse invenimus, agendum est. Singularem numerum offendimus hist. an. II, 9, 4: *ἔχει δὲ ὁ ἐλάχιστα ἔχων ἓν ἐφ' ἑκάτερα βράγχιον, διπλοῦν δὲ τοῦτο, οἷον ὁ κάπρος.* pluralem *βράγχια* ibid. I, 4, 1. quem ad locum paroxytonos id notavit Schneiderus contra veterum edd. auctoritatem. Cum hac forma contendit interdum altera *βραγχεῖα* cf. Tschuck. ad Strab. Vol. VI, p. 644. Quod si quis dicet derivatum esse a nomine *βράγχος*, per paronymiam formatum esse concesserit, quamquam rectius nobis

---

*) Huiusmodi nomina, quorum de natura nihil dubitatur, afferre possemus plura, uti *τὰ ὤνια* nisi factum esset praeter rationem.

videtur ad adiectivi significationem revocandum. Deinde τὰ κόπρια a Strabone Vol. VI, p. 461 usurpatum: νέκυες κοπρίων ἐκβλητότεροι et Straton. in Anth. Pal. XII, ep. 234. num. plur. quod ab adiectivi principiis ortum esse nemo non concedet. Eiusdem rationis videtur κόσμιον apud Lucian. conviv. 7. καὶ πολὺ τὸ κόσμιον ἐπιφαίνων τῷ προσώπῳ. Tum Diod. Sic. fragm. XXV, p. 360 (Bip.) — καὶ τὰ τῶν γυναικῶν κόσμια. cf. ibid. XXXIX, p. 210 εἶτα τὰ τῆς ἀρχῆς ἀνακτησάμενος κόσμια. cf. Leonid. Tarent. A. P. IX, ep. 326. VI, ep. 172 quibus locis vox in adiectivi vim ac potestatem prodita est.

Supersunt τὸ τίμιον atque φώριον. Prius aeque et τὸ ἐπιτίμιον, poena, ab adiectivi potestate evasit. Diod. Sic. III, 8 fin. ἔνιοι δὲ τοῖς πλουσιωτάτοις τοῦτο τὸ τίμιον ἀπονέμουσιν. Lucian. Patr. encom. οὕτω δὲ ἄρα τίμιον εἶναι δοκεῖ παρὰ πᾶσιν ἡ πατρίς. id. in Demosth. encom. 32 κατὰ τὸ τῆς ἀρετῆς πανταχοῦ τίμιον. et plurali num. id. Phal. καὶ ὅσα ἄλλα τίμια — cf. Dioscorid. A. P. XI, ep. 363

Οὐκέτ' Ἀλεξανδρεῦσι τὰ τίμια χὠ Πτολεμαίου
μόσχος ἐν ἠϊθέοις λαμπάδι κῦδος ἔχει.

Postremo τὸ φώριον in Etym. m. p. 808, 8 propositum: φὼρ ὅθεν καὶ φώριον. At potius adiectivum esse iam viderunt lexicographi; unde pluralis fere invenitur numerus, uti ap. Lucian. Hermotim. 38. Toxar. 28. Philospeud. 20. A. P. V, ep. 219. Singulari semel modo occurrimus in A. P. V, ep. 221.

Rei vero nunc pertractatae summa haec est: alia nomina in ιον desinentia fuisse denominativa, veluti ἑρκίον, θηρίον, ἰνίον, κηρίον, μηρία, οἰκία, πηνίον, τειχίον, φορτίον, φυκίον. ideoque factum esse ut Graeci in horum vocabulorum tenore deminutivorum analogiam sequerentur; atque grammaticos inconstantiae incusandos esse, quod eam accentus regulam non dirigerebant ad ἄμνιον sive ἄμνιον, ἴχνιον, λούτριον, πεδίον, φρούριον; alia deinde licet a verbis formarentur, veluti ἠρίον, ἱστίον, ἰσχίον, κλίσιον, κλεισίον, ὁλκία, ψάλιον sive ψέλιον, τρυβλίον retinuisse denominativorum accentum, etsi de ea re neque inter omnes grammaticos conveniebat nec quae ex eodem fonte emanarunt: δέμνια, ἴκρια, ὄγκιον, ἤϊα, ὄργιον — eandem tenoris similitudinem excipiebant; adeo ut etiam praepositiones eadem affectae terminatione fierent substantiva, uti ἀμφίον et ἀντίον; dubiae denique esse originis: λήϊον, ἤτριον, ἴτρια, ὄσπρια, σίλφιον, φέλλια *) — ad deminutivorum quoque similitudinem passim scripta; postremo ab adiectivorum principio ducenda

*) Haec vero, nisi impressa iis est adiectivorum species, antiquitus habebant primitiva, quae scriptorum usu exciderant; quam iacturam videtur fecisse etiam στόμιον, quod ad obsoletum στόμος revocandum putamus.

esse haec nomina: *αἴτιον, αὔλιον, βράγχιον, ἔριον* sive *εἴριον, θέσμια, ἴσθμιον, κόπρια, κόσμιον, λεῖρια, λόγιον, μείλια* sive *ἐπιμείλια, μόριον, ξείνιον, ὅριον, ὅρκιον, παίγνιον, πλαίσιον, ποίμνιον, ῥόθιον, ῥύσια, σάρδιον, σαύνιον, στάδιον, στάθμια, σφάγιον, τίμιον, τόμια, φώριον.*

Haud vero quisquam mirabitur, cur trisyllaba tantum ab adiectivorum natura profecta tractaverimus nomina, quum eiusdem notae quae pluribus constent syllabis, voces de quibus accurate agatur non minus dignae, apud optimum quemque scriptorem inveniantur sat multae. Rei enim nunc inchoatae, alias vero continuandae ratio minime latet.

Dr. Janson.

Bemerkungen über Deklination, Geschlecht, Mehrzahl etc. neuhochdeutscher Hauptwörter.

Zweite Lieferung.

J. Grimm sagt Gr. III, 361, die grossen, die krallenden, krimmenden Raubvögel seien beinahe alle männlich, scheinbare Ausnahme mache die neuhochdeutsche Weihe, vergl. 3, 550. Aber L. 5 M. 14, 12 f. hat: Das sind sie aber, die ihr nicht essen sollt: Der Adler, der Habicht, der Fischaar, der Taucher, der Weihe... Rückert (Gesammlt. Ged. Erl. 1837. 4, 295): Vor dem Weih und Habicht könnt ihr haben Feier; Pfeffel (Poet. Versuche, Tüb. 1802) 4, 189: Der Henne ganze Brut zerstört ein schlimmer Weih; 7, 64: der Weih (*bis*) und sonst noch; Voss (Hor. Briefe 1, 16, 51): Der Habicht scheut das verdächtige Garn und der Weih die verborgene Angel. Wiesel giebt Gr. Gr. 3, 360 und 2, 100 ebenfalls als weiblich an, Pfeffel gebraucht es aber männlich, denn nach dem chronol. Verzeichnisse zu B. 4, S. 211 soll S. 27 die Fabel stehn: „Der Wiesel und die Maus"; und Lichtwer (der junge Kater) sagt: „Er (der Kater) sass und putzte sich das Kinn, da schlich ein Wiesel bei ihm hin. Was suchst du, sprach der Kater leise. Ich suche, war die Antwort, Mäuse. O weh, soll ich mein Bisschen Brot, fing Murner heimlich an zu heulen, mit einem schlimmen Wiesel theilen, so leid' ich endlich selber Noth." Freilich könnte Wiesel nach den letztern Beispielen auch neutral sein, und so giebt es Becker Schulgr. 83 an. Schilf soll nach Gr. Gr. 3, 370 und 374 männlich sein, und Distel desgl. nach 2, 111 und 3, 374 scheinbar. Luther hat jedoch, 2 M. 2, 3, das Schilf, Hiob 8, 11: Kann auch das Schilf aufwachsen, wo es nicht feucht steht,

Lenau (Ged. St. u. T. 3te Aufl. 1837) S. 61: Durch blonde Disteln sausst der Wind; S. 70: Das Schilf. L. 1. M. 3, 18: Dornen und Disteln tragen. Auch hat Gr. Gr. 3, 372 und 550 das weibliche Geschlecht der Distel angegeben. Kresse müsste nach Gr. a. a. O. 3, 372 *masc.* sein, aber Voss (*Virg. Mor.* 85) sagt mit Recht: Kresse, welche verzerrt mit schwarzem Bisse das Antlitz — vergl. Rück. 3, 204. Euter (*uber*) wird Gr. a. a. O. 3, 409 als *masc.*, 2, 124 als *neutr.* angegeben. Ersteres wird wohl ein Versehen sein — vergl. Voss (Ovids Metamorph. 13, 827): Du kannst in Person es (das Vieh) betrachten, wie kaum zwischen den Beinen es schleppt, das gedehnte Euter. Banner wird doppelgeschlechtig gebraucht, denn R. 3, 274 sagt: Bei Mildenberg am Maine sah man den sächsischen Banner, Uhland (Gedichte, 2te Auflage 1820 S. 121) hat dagegen: das Banner, und auch J. v. Müller hat, trügt uns unsere Sammlung nicht, in der Beschreibung der Schlacht im Silfeld das Banner und der Stadtbanner. Nach Gr. Gr. 3, 418 ist Bauer (*cavea*) männlich. Wir haben im ersten Artikel das m. G. bereits mit G. 24, 12 belegt, glauben aber, dass Bürger (der Raubgraf): das Eisenbau'r, worin er lag, wird aufbewahrt bis diesen Tag, das gewöhnliche Geschlecht gebraucht. J. v. Eichendorf (aus dem Leben eines Taugenichts, 10tes Kap.) sagt: Wir vertheilten uns nach allen Seiten im Grünen, wie Vögel, wenn das Gebauer plötzlich aufgemacht wird. Bündel giebt Gr. Gr 1, 701 als *neutr.* an. Wir fügen zu den frühern Belegen hinzu A. W. Schlegel (die Warnung): Es tritt ein Wandersmann herfür ... legt seinen Bündel neben sich .... Und eh' sie Seel' und Leibeskraft und Sinne wiederfunden, hatt' er sein Bündel aufgerafft; Fr. Jakobs (Aurora): Nachdem Wennhard ein Bündel wohlverwahrter Papiere in seinen Mantelsack geschoben hatte, schwang er sich auf sein Pferd; Eichd. a. a. O. 9tes Kap.: Sie hatte den Käfig dicht neben sich stehen, von der andern Seite hielt sie ein feines Bündel Wäsche unterm Arme; Kl. Brentano (die drei Nüsse): Ich raffte den ganzen Tag Alles, was ich an Geld und Geschmeide hatte, zusammen und packte es in ein Bündel, den ich mir nach einem Badehause tragen liess. Hier ist ohne Zweifel ein Druckfehler; wir kennen indess das bezeichnete Stück, so wie noch einige andere der hier benutzten, nur nach dem Abdrucke in Wolff's Encyclopädie der deutschen Nationalliteratur. Goethe schreibt 21, 79: Das Bündel, 80: das Kleiderbündel, 18, 13: ein Bündel vorweisen; 177: Glauben Sie etwa, dass ich mich nicht von Ihnen entfernen könne? rief er aus, ging trotzig weg, machte seinen Bündel zusammen und eilte sogleich zum Hause hinaus; 10, 221: Willst du dir und deinen Freunden diesen schweren Bündel auf Hals und Schultern laden? — Aehnliches Schwanken im Geschlechte bestätigt sich bei mehrern der im ersten Artikel schon genannten Substantive. Man vergl. Less. E. Gal. 2. Aufz. 3. Auftr.: was denkst du von uns? —

dass wir fähig sind, Jemand seinen Verdienst vorzuenthalten? Marbach (der Pietist): Es wurde beschlossen, dass S., der von Jugend auf mit den neuern Sprachen sich angelegentlich beschäftigt hatte, durch Privatstunden, vielleicht auch durch Uebersetzungen sich einigen Verdienst verschaffen, dabei aber eifrig seinem Studium obliegen solle; Jakobs a. a. O.: Sie wissen, gnädiges Fräulein, dass ich länger als 25 J. treulich Haus gehalten habe für einen schnöden und magren Lohn; Gaal (Waldhüter-Mährchen): So reichlichen Lohn man auch Jedem versprach, der sich entschlösse, die königliche Schweineheerde nur einen Tag zu hüten, so meldete sich doch Niemand," und gleich darauf: „Er setzte hinzu, der König bezahle für jeden einzeln Tagsdienst ein jähriges Dienstlohn," und bald nachher: „Der König liess ihm den verheissenen ganzen Jahreslohn bezahlen"; weiter unten: da der König vergessen hatte, dem Hirten sein Tagelohn auszuzahlen, und dieser nun schon dreitägigen Gehalt zu Gute hatte, so bediente Pista sich der Befugniss, sein Dienstlohn zu fordern, als einer schicklichen Gelegenheit zu erfahren, welche Wirkung bei Hofe seine drei Abenteuer hervorgebracht hätten; — L. Isaias 19, 10: Die da Hälter haben, sammt allen, die Teiche ums Lohn machen, werden bekümmert sein; Schiller (St. 1824) 11, 56: Er bietet sich den Reichen des Orts an und will für den Tagelohn dienen; daf. 238: Was er (der Brief) enthält, kann ihm (dem Boten) einerlei sein —, er hat nichts als sein Botenlohn dabei zu verdienen; G. 23 184: den verabredeten Weberlohn bezahlen; Herder (Terpsychore 1, 131): Der Vater aller zwölf Geschlechte (vergl. über diese Form den ersten Artikel unserer Abhandlung) weidete Lämmer um die Geliebte, den süssen Jahrlohn; L. 1 Mos. 31, 41: Du hast mir meinen Lohn zehnmal verändert vergl. 30, 33; 31, 7. 15; 5 M. 24, 14. 15. In einer 1438 vom Dechant zu Köln ausgestellten Urkunde heisst es: Wann der Schweinhirt fünf, sechs oder sieben Wochen lang oder noch länger die Eckerschweine hütet, so soll der Holzförster von dem Schweenlohn einen Wochenlohn nehmen. Bei Sch. 11, 224 lesen wir: Seinen (des B.) Gehalt wollte der Prinz verdoppeln, welches er aber verbat; bei Fr. J. a. a. O.: Er hat mir hundertmal zugesagt, wenn ich über den geringen Gehalt klagte, dass er mich in seinem Testamente bedenken wolle; bei E. M. Arndt (Erinnerungen etc. Leipzig 1840, S. 224) das Gehalt; bei G. 22, 33: Unser Bruder tritt bei seinen Lebzeiten die Güter uns und unsern Kindern ab; das Jahrgehalt, das er sich ausbedingt, ist freilich stark; 10, 108: Er dankt auf das höflichste, wenn man ja seiner Schwester ein jährliches Gehalt aussetzen will. Eichd. a. a. O. 5tes K. sagt: Sie (die alte Frau) hatte an der einen Hüfte einen grossen Bund Schlüssel hängen; Kind (der Christabd. Ged. 1. B. S. 186): Festlich, wie in Kirchenhallen, ist die Flur mit Sand gestreut; Brentano a. a. O.:

Als er die Frau die Treppe hinauf führte und oben über den Flur weg..; Eichd. a. a. O. 9tes Kap.: Wenn wir im Hausflur blasen, da tanzen die Mädchen mit einander vor der Hausthür; Laube bei Wolff a. a. O. S. 24: Da knallte es laut im Hausflur, und Alle riefen: „der Kutscher“: Heine (Harzreise): Ich näherte mich, sie zieht sich langsam zurück in die dunkle Hausflur; G. 21, 69: Eintretend in das Schloss fand er die Wände der Hausflur auf eine eigene Weise bekleidet; 174: Sie fanden auf der Hausflur ein Frauenzimmer sitzen; 23, 26: in einem grossen Hause wohnen, dessen erste Flur allein den Besuchenden zugänglich sei. — Man beurtheile hiernach und nach den Belegen unsers ersten Artikels, mit wie grossem Rechte Götzinger (Deutsche Dichter. Erläutert von A. W. G. Leipzig 1831 I, S. 484) zu der von uns aus Kind angeführten Stelle bemerkt: „Sonst sagt man der Flur in diesem Sinne, wo es so viel ist als Vorhaus.“ — Auch der aufgestellte Unterschied zwischen dem m. u sächl. Geschlechte von Pack wird nicht durchgängig beobachtet. Pfeffel hat zwar 7, 197: Verschwunden war Pack und Dolch und doch umschlang die Gurt ihn, die den Pack umwunden, und G. 21, 114: Man giebt mir einen Pack Briefe, dagegen 19, 341: Man lebt, wie man ein Pack Zeitungen lies't, nur damit man sie los werde, wie 20, 23: Das Menschenpack fürchtet sich vor nichts mehr, als vor dem Verstande, vergl. 10, 127. In dem aus Pfeffel angeführten Belege ist auch das von Gr. Gr. 3, 449 als zweigeschlechtig angeführte, von Götzinger übersehene Gurt als weibl. nachgewiesen, wozu wir aus Pf. a. a. O. S. 190 fügen: Er löst die Gurt. Als *masc.* kömmt das Wort in einer weiter unten für das Geschlecht von Pistole anzuführenden Stelle aus Schiller und sonst oft vor. — Das Hauptwort Zierat giebt Gr. Gr. 2, 255 als *masc.* an, gebraucht es auch (Deutsche Mythol. S. 284 ***) als *masc.*, wo er es mit doppeltem r schreibt. Betrachtet man es als Zusammenhang mit Rath, so ist am männl. Geschlechte nicht zu zweifeln, und so sagt auch Goethe (der Wanderer-Ged.): Hoch baut die Schwalb an das Gesims, unfühlend, welchen Zierrath sie verklebt; (der Todtentanz): Den gothischen Zierrath ergreift nun der Wicht und klettert von Zinne zu Zinne; und ähnlich Uhland a. a. O. S. 354. Vergleichen wir aber die Heimath (Gr. Gr. 2, 254) = die Heimde (Heyne: Die beiden Billets; 1 Auftr. sagt auch: Ich will meinen Schwiegervater fragen, wenn Verlöbte sein soll), so ist das weibl. Geschlecht nicht ohne Analogie, und so sagt dann auch Möser (die Spinnstube—Patr. Ph.): Selinde sah ganz wohl ein, dass diese überflüssige Zierrath ein kleiner Spott über ihre ehemaligen Grundsätze sein sollte, — aber es müsste dann das Wort auch mit einem r geschrieben sein. Eben so Lessing (der Besitzer des Bogens — Fabel): Du verdienst diese Zierrathen, mein lieber Bogen, und Voss, (Klopstock in Elysion): Hellenensinn ist Hebung zu weiserer Kunst und Anmuth, abhold der Zierat. Irrthümlich

Nach diesem Allgemeinen lassen sich die einzelnen Streitpuncte zwischen Herrn Mager und dem fraglichen Werk deutlicher besprechen. Was er gegen unsre Moral einwendet, soweit sie in der Erziehungslehre hervortritt, beschränkt sich meistens auf Tadel des Ausdrucks; hätte er freilich unsre ethische Tendenz ganz aufgefasst, so würde er auch hier schwerlich so einverstanden gewesen sein. Nur in Betreff der körperlichen Strafen scheint er abzuweichen, da

er aber hier nicht widerlegt und seine Abweichung nur als eine relative bezeichnet, so überlasse ich es den Verfassern, sich hierüber zu vertheidigen und wende mich zum Unterricht. Hier handelt es sich zuerst um Auswahl und Vertheilung des Stoffs, und sodann um die Methode. In erstrer Beziehung macht er uns das zum Vorwurf, was er unsern Utilitarismus nennt; was er hierüber sagt, hat mich überzeugt, dass er die Art, wie unsre Ansicht in dem Buche vermittelt ist, gar nicht aufgefasst hat. Denn er hält sich zur Widerlegung derselben an einen sehr einfachen Nachweis der verschiedenen Bedeutungen des Terminus der Allgemeinheit, die uns und wohl dem grössten Theile des Publikums hinreichend bekannt sind. Er hätte sich auch hier Mühe sparen können, wenn es ihm gefallen hätte, die fünfte Abhandlung näher zu betrachten, wo genau hiervon die Rede ist. Unser Utilitarismus besteht, wie gesagt, darin, dass wir das, was einer zu wissen hat, aus seiner Stellung im Leben ableiten; will man dies nicht, sondern beruft man sich darauf, dass die Dinge an sich wissenswerth sind, so hebt man den Unterschied der Stände auf und der Bauer, der doch „auch ein Mensch ist," müsste auch Gelehrter sein. Der Mensch lebt nirgends, als in der Welt; was er hier nicht anwenden kann, ist ihm überhaupt unnütz; er ist nach dieser Seite hin überflüssig, und dies wird man wohl nicht Bildung nennen wollen. Es ist lächerlich, durch das Wort Nutzen, wie durch einen Popanz sich schrekken zu lassen, während doch gewiss niemand etwas absolut Unnützes thun will. Es ist hier nicht die Rede vom Brodstudium, denn predigen kann man auch ohne Latein und Griechisch; es handelt sich vielmehr um das, was den Menschen geistig befähigt, eine bestimmte Rolle in der Welt zu spielen. Was einer hierzu braucht, ist nicht eben bloss die Summe von Thatsachen, die er im Gedächtniss haben muss, sondern die Herrschaft des Geistes über ein bestimmtes Gebiet, aber auch nur über dieses. Was herauskommt, wenn ein wenn auch noch so ausgebildetes allgemeines Denken als Erfolg des bestimmten Wissens betrachtet wird, zeigt die Erfahrung. Es sinkt zur Einzelnheit herab und wird todte Formel. Sodann aber, was kann am Menschen anders gebildet werden, als sein Verhalten zur Welt? denn Mensch und Geist ist er bei der Geburt schon so sehr, als er es ja sein kann; nur seine Beziehung zur Objectivität ist der Entwicklung fähig. Damit verstossen wir freilich gegen die Psychologie der Hegelschen Schule, allein Herr Mager hätte nicht so sehr auf diese pochen sollen; sie ist wahrlich nicht die glänzendste Seite der speculativen Philosophie; auch ist das, was er davon blicken lässt, keineswegs eminent Hegelisch. Wenn wir nun in Betreff der Stellung zur Welt unter den im engern Sinne Gebildeten zwei Klassen unterscheiden, nämlich Humanisten und Realisten, so ist das nicht eine leere Abstraktion, sondern ein concreter Inhalt, der schon seit vielen Jahren die Pädagogen beschäftigt, der von den Staaten anerkannt wird, der überhaupt ge-

radezu Jedem auffällt, nur dass die Einen mehr, die Andern weniger Vereinigung dieser Gegensätze suchen. Aber schon diess Streben beweist die Wahrhaftigkeit derselben als historischer Existenzen und es kommt hier nicht darauf an, ob in den preussischen Gymnasien Realien getrieben werden, sondern darauf, den überall vorhandnen Unterschied in seinem Wesen zu begreifen. Das allgemeine Gerede, dass jede Bildung beides vereinige, hilft nichts; denn diess erkennen auch wir an; aber wie sich bestimmt das Eine zum Andern verhalte, das ist die Frage. Auch wir haben gemeinschaftliche Fächer, wo in der Geschichte der Realismus, in der Geographie der Humanismus ergänzt wird.

Was die einzelnen Richtungen betrifft, so ist der Schrecken wahrhaft komisch, mit welchem Herr Mager vor dem Gespenst einer Nützlichkeitstheorie in den Hauptfächern derselben flüchtet. Bei den Humanisten will er die Philologie selbst bis auf den Ausdruck verbannen, aber die Jünglinge in die Kenntniss des Alterthums so einweihen, dass diese Kenntniss selbst der Hauptzweck des Ganzen sei. Wie will er diess ohne Philologie bewerkstelligen? Wir dagegen setzen als Zweck die Erkenntniss der Formen des menschlichen Geistes, wir brauchen daher die Philologie als unentbehrliches Hülfsmittel, um durch Kenntniss der Besonderheiten die Hindernisse der Kenntniss des Allgemeinen wegzuräumen. Mich wundert nur, dass er bei dieser Ansicht, die ihm eine grammatische Abrichtung zum Papagei scheinen muss, nicht eben so sehr in Unwillen geräth, als bei den Realisten, deren Bildung eine bestialische werden muss, wenn man nur auf das sieht, was sie brauchen. Braucht denn der Techniker sonst nichts, als was auch das Thier bedarf? Wer einen Begriff von dem hat, was naturwissenschaftliche Bildung heisst, der wird nicht voraussetzen, dass sie auch nur einigermassen umfassend in der Schule zu geben sei, und es muss somit jedenfalls ausgewählt werden. Und glaubt man etwa, das, was man von Naturwissenschaft für die Technik braucht, sei das Unbedeutendere und Zufällige an ihr? Wenn an irgend etwas Bildung zu suchen ist, was die Natur uns darbietet, so ist diess nicht vorzugsweise in der Naturgeschichte, sondern in der Chemie und Physik, und in der Vorbildung, der Mathematik. Schon daran, dass wir diese in ihrem ganzen Umfange verlangen, konnte der Kritiker erkennen, was unser Utilitarismus sei. Dass nun eine gründliche Kenntniss dieser Fächer alle Zeit in Anspruch nimmt und mit dem Studium der alten Sprachen nicht zu vereinigen ist, bedarf keines Beweises. Nur für specielle Studien kann dem Gelehrten des humanistischen Studiengangs Einzelnes aus der Naturwissenschaft von Belang sein; eben deshalb muss dies späterem Studium überlassen bleiben. Gegen die Bildung des Geistes an sich durch Mathematik können wir dem Gegner die Auctorität Hegels anführen, mit der er uns bekämpft hat und die bei ihm mehr Gewicht haben wird, als bei uns. Ganz besonders erbittert ist der Kritiker über die Behandlung der reali-

stischen Sprachbildung; er hat nur übersehen, dass wir dem Realisten auch eine grammatische Bildung geben, nur nicht an den romanischen Sprachen, sondern an der deutschen. Was die romanischen Sprachen betrifft, so hat er die „rohe“ Behauptung nicht verdauen können, dass man sich eben so gut am Mongolischen bilden könnte. Der Beweis für dieselbe findet sich, wenn ich mich recht erinnere, irgendwo im Buche selbst; er mag aber auch hier stehen. Die französische Syntax und Lexikologie (um diese ausgebildetste Sprache als Beispiel zu nehmen) lässt sich nicht auf reine logische und sprachliche Gesetze zurückführen, weil sie durch äussere Einflüsse gebildet ist; ohne Kenntniss der historischen Elemente, die in ihr vereinigt sind, ist sie daher nur eine Sammlung unbegreiflicher Thatsachen. Will der Kritiker mit seinen Realisten das Gallische und Lateinische, sodann die Sprache der eingedrungenen Franken, Burgunder und Gothen, so wie Normannen, weiter das Altfranzösische und die Langue d' Oc u. s. w. durchmachen, so hoffe auch ich, dass sie eine leidliche Sprachbildung erlangen werden; ohne dieses möge er mir erlauben, die Kunstausdrücke des Dressirens u. s. w. ihm zurückzuschieben. Die alten Sprachen aber und in gewissem Grade auch die Deutsche haben zwar auch noch eine Seite, wo sie ihre Bedingtheit durch äussere Einflüsse zeigen, aber gerade diese ist nicht das Moment ihrer Fortbildung gewesen und ihre entwickelte Gestalt lässt sich daher ohne linguistisches Studium grammatisch begreifen. Desshalb taugen sie zur Sprachbildung. Weil aber die Formen des Gedankens nur mit dem Inhalte sich entwickeln, so kann eine vollendete Sprachbildung nur an der Sprache eines Volkes stattfinden, dessen Geist vielseitig entwickelt war. Dieses zweite Requisit erfüllen die romanischen Sprachen allerdings zum Theil, aber das erste fehlt ihnen, während andere Sprachen den umgekehrten Mangel haben, andere auch beides entbehren. Diese letztern stehen allerdings noch weiter zurück als Mittel zur Bildung.

Soviel über die Gegenstände des Unterrichts. Unsre Behandlung hätte können tiefer und umfassender werden, wenn wir nicht dem Kritiker gegenüber Dinge zu wiederholen gehabt hätten, die im Buche schon deutlich genug gesagt waren. Man kann bei solchen Erscheinungen begreifen, wie Fichte zu einem sonnenklaren Berichte veranlasst wurde, wenn man sich schon bei so naheliegenden Dingen missverstanden sieht.

Was die Methode betrifft, so haben sich die Verfasser des Buchs für keine einzelne ausgesprochen, weil es unsre Ansicht ist, dass die Methode sich aus dem jedesmaligen Gegenstande ergeben, also bei jedem eine andre sein muss. Gleichwohl hat unsre Methode bei allen Fächern auch wieder Einen gemeinsamen Charakter, den nämlich, dass nicht sie selbst, sondern das, was durch sie erreicht wird, das Wissen als bildend angesehen wird, sie selbst aber gerade nur insofern und soweit, als sie das Wissen hervorbringt.

Damit sind wir nach Herrn Mager unserm positiven religiösen Standpunkte getreu geblieben, aber mit aller bessern Didaktik in Widerspruch getreten, und erhalten eine Predigt über die Nothwendigkeit psychologischer Studien. Diese wird von uns so wenig geläugnet, dass vielmehr unser psychologisches Wissen den Boden unsrer ganzen Philosophie bildet; nur wird dasselbe von dem der Hegelschen Schule bedeutend abweichen. Wie sich Herr Mager an einer Schrift von mir über Rhetorik überzeugen wird, die in den nächsten Monaten erscheinen soll. Von daher ist also gegen uns zunächst noch keine Instanz zu holen, so wie die Zurückführung auf unser religiöses Princip nach dem Obenbemerkten bedeutungslos wird. Somit handelt es sich bloss um das, worauf der Kritiker mit Recht hinweisen kann und womit er sich hätte begnügen sollen, um unsern Widerspruch gegen die Richtung der Didaktik, wo das Gewicht auf die Methode, als das eigentlich Geistbildende, gelegt wird. Allein Methode ist doch an und für sich nur Mittel, ihr Werth bestimmt sich nach ihrem Zweck und der Kritiker hat uns ganz missverstanden, wenn er das Beispiel von geschenkten und erworbnen 100000 Thalern beibringt. Den Grund, warum diess Gleichniss nichts taugt, giebt er selbst an: Kenntnisse lassen sich nicht schenken. Denn es handelt sich dabei nicht um Gedächtnisssachen, die sich allerdings durch eine mnemonische Methode sehr schnell einprägen liessen, sondern um ein freies vermitteltes, klares und sichres Wissen und die Methode, die dieses erzeugt, ist die wahre, aber nicht um ihrer selbst willen, sondern um des Wissens willen, das ihr Resultat ist. Hingegen verliert alles Gerede von Unmittelbarkeit und Positivität seine Bedeutung und es entsteht der Zweifel, ob der, der diese Ausdrücke aufs Wissen anwendet, auch selbst über seine Terminologie recht im Klaren sei. Eher möchten sie aufs Vorstellen passen, welches dagegen Herr Mager gleichbedeutend mit Denken zu gebrauchen scheint. Unser Streben ist also nicht, dem Knaben in der Grammatik möglichst schnell Regeln und Formen, in der Mathematik Sätze ins Gedächtniss einzuprägen, denn dies würde, wie gesagt, am einfachsten durch Mnemonik erreicht, sondern ihn dahin zu bringen, dass ihm der Sinn jener Formen und Sätze so klar ist, dass er ihrer frei sich bedienen kann. Ob während dieses Processes sein Geist auch noch anderweitig (d. h. formalistisch, also abstract, mithin unwahr und unpsychologisch) ausgebildet werde, ist uns gleichgültig, ja es wäre uns leid; wir wollen jedesmal nur das, was wir wollen — und wer der lateinischen und griechischen Syntax so mächtig ist, dass er den Sinn ihrer Gesetze versteht und sich frei in ihnen bewegt, wenn er auch sonst nichts verstünde, der weiss etwas. Es kommt zwar bei uns dazu nicht, wie Herr Mager sagt, ein wenig Geschichte und Philosophie, sondern ein gründlicher Unterricht in Geschichte und Geographie, Rhetorik und Litteraturgeschichte, und eine Vorbereitung für philosophische Studien; wenn aber auch diess nicht wäre, so wäre es

anmassend, einen mit den classischen Sprachen Vertrauten einen Halbgelehrten zu nennen, und mir ist nicht bekannt, dass Herr Mager durch Proben eines hervorragenden Wissens in den classischen Sprachen diese Anmassung gerechtfertigt hätte. Es fragt sich nun noch, ob die Methode, die zum freien und klaren Wissen schnell und sicher verhilft, unsre logische, wo dem Schüler das zu Lernende vom Lehrer mitgetheilt wird, oder die heuristische des Herrn Mager sei. Die Gründe, die er gegen uns anführt, oder vielmehr mit denen er die unsern zu schlagen sucht, sind zuerst die ultima ratio derer, die nichts zu antworten haben, die Erfahrung. Ich antworte auf diese nicht, da wir natürlich auch schlagende Erfahrungen für uns haben. Die Scheidung des Wesentlichen vom Unwesentlichen will Herr Mager dem Setzer überlassen, also doch auch nicht dem Schüler; jene Scheidung aber ist das eigentliche Wissen. Er will also dieses mechanisch durch den Druck bewirken. Wir sprechen aber von einem andern Wesentlichen, als von Stamm und Endung der Worte in der Flexion; wir sprechen von der Anwendung in Bildung des Satzes; auch zweifeln wir nicht, dass Kinder für die heuristische Methode so reif sind, um möglicherweise nach ihr unterrichtet werden zu können, aber ob sie dabei zu klarem und sichrem Wissen kommen, daran zweifeln wir. Was im Buch vom Gegensatze der alten Sprachen gegen die lebenden gesagt ist, hat Herr Mager nicht richtig verstanden; so musste es ihm allerdings schief scheinen. Unsere Gründe gegen die heuristische Methode wollen wir daher so kurz als möglich hier wiederholen.

Die Heuristik ist, sagt man, die natürliche Methode, weil sie die ist, die der Mensch rein für sich, ohne Lehrer, befolgen muss. Ohne Lehrer zu sein, ist aber gerade nicht der natürliche, sondern ein verkehrter Zustand, weil er den Menschen ausser dem Zusammenhange mit seinem Lebensboden, dem geschichtlichen Fortgange der Wissenschaft, setzt. Was den Studiengang der heuristischen Methode von dem des Autodidakten unterscheidet, ist nur das, dass der Stoff eben doch schon von andern geordnet gegeben wird, sei es vom Lehrer oder vom Setzer naturam expellas furca tamen usque redibit. Der wesentliche Vortheil dessen, der die Kenntniss vom Lehrer mitgetheilt erhält, ist nicht der, dass er es nicht selbst denken darf, denn das heisst nicht wissen, sondern nur der, dass er vor dem Irrthume gewahrt ist. Warum giebt man denn moralische Vorschriften? Lasst doch den Knaben den Wein und die Lust versuchen, er wird gewiss am Ende zur Ueberzeugung kommen, dass das nicht der rechte Weg ist, und dass er einen anderen versuchen muss. Es ist nur Schade, dass diesem gründlichen Wege der Selbstbildung zwei kleine Hindernisse im Wege stehen, einmal nämlich ist das Leben zu kurz zum Experimentiren, und dann ist zu fürchten, dass bei der Ankunft der richtigen Ueberzeugung die Gewohnheit des Schlechten schon zu stark sei, um der bessern Einsicht zu weichen. So wird auch der Heuristiker zahllose Versuche

machen, durch deren Misslingen er zwar zur Einsicht kommt, aber spät, und, weil er ans Probiren und Herumtappen gewöhnt ist, unsicher. „Der Lehrer soll ihn vor Fehlern bewahren“ — das meinen wir auch; soll er aber diess thun, indem er ihm das unendliche Urtheil vorsagt: a ist nicht b, nicht c, nicht x u. s. w. oder indem er kurz sagt: a ist a, und dem im Knaben wirkenden logischen Gesetz des Widerspruchs es überlässt, die Anwendung aufs Gegentheil zu machen? — „Damit hat er dem Schüler das Selbstdenken weggenommen.“ — Nur das Selbsterrathen; denn auf logischconsequentem Wege wird der Schüler nicht fortgehen, sonst wäre er schon, was er werden soll, weil die Consequenz sich nach dem Inhalte des Gedankens modificirt. Was dem Schüler bleibt, ist gerade das Denken, welches nicht mit dem Nürnberger Trichter gegeben werden kann, sondern darin besteht, dass er frei die geistige Einheit der verschiedenen Functionen erschlafft, die ihm der Lehrer angiebt. Denn nennen kann man immer nur die Eigenschaften der Sache, denken muss man sie selbst; das Leben des Gedankens aber ist die freie Bewegung seines Inhalts nach der diesem eignen geistigen Möglichkeit. Dieses Denken wird weder unsre Methode, noch die heuristische erschaffen; es gilt nur, die Hindernisse desselben wegzunehmen. Will Herr Mager das Weitre unsrer Ansicht hierüber vernehmen, so muss ich ihn abermals auf meine demnächst erscheinende Rhetorik verweisen; übrigens glaube ich, dass selbst im Wesen der Hegel'schen Speculation, richtig verstanden, unsre Methode viel eher, als die heuristische begründet ist.

Nach diesen Erörterungen, die einestheils als Antwort auf einen im Namen der Hegel'schen Schule gegen uns gerichteten Angriff dienen, andererntheils überhaupt dem Publikum gegenüber unsre Ansicht charakterisiren sollten, muss ich bedauren, einen der beiden Hauptgründe, wesshalb Herr Mager das Erscheinen des Werks der Herren Gebrüder Paulus für dankenswerth hält, für einen Irrthum erklären zu müssen. Wir selbst mögen Pietisten heissen oder sein; aber die pädagogische Ansicht des Pietismus ist in dem Buche nicht dargestellt. Wenn manche, die, weil sie Christen sind, auch Pietisten heissen, mit uns harmoniren, so werden dagegen wohl noch mehrere von uns abweichen, die eine eben so gute religiöse Ueberzeugung haben, aber eine andre wissenschaftliche Ansicht, namentlich alle die, welche dem Phantom einer besondern christlichen Wissenschaft, im Unterschied von reiner Wissenschaft nachjagen. Wir wünschten ebenso wenig diesen mit Unrecht unsre Ansicht zugeschrieben zu sehen, als wir uns der Gemeinschaft derjenigen entziehen wollen, die, was auch immer ihre Meinungen über irdische Dinge sein mögen, mit uns durch den Glauben an Gott und Christum verbunden sind. Dieses glaube ich ebenso sehr im Namen der Verfasser des fraglichen Werkes als in meinem eigenen aussprechen zu können.

C. Hoffmann,
Repetent am evangelischtheologischen Seminar in Tübingen.

In

Fridericum Secundum

Borussorum Regem

Inscriptio

Ioannis Melchioris de Birkenstock

Caes. Reg. Consiliarii et librorum censoris Viennae.

Quam primum brevi praefatione addita

in Silesia edidit

Iosephus Heimbrod

Professor regius et gymnasii Glivicieusis super. ordin. Praeceptor.

Praefatio.

Fridericus Secundus, Borussorum rex, cui grati posteri omni iure cognomen *Magno* tribuerunt, factis, dictis et scriptis non solum sui temporis sed etiam posteritatis admirationem excitavit. A patre strenue educatus in solitudine, qua omnibus imperii negotiis remotus diu utebatur, continuo labore perpetuaque optimorum scriptorum veterum atque recentiorum lectione, severa literarum tractatione et coniunctione, quam cum ingeniosis hominibus iniit, artium amore, animum optime excoluerat. Studio historiae ductus non solum praesens sed futurum quoque tempus respexit atque magnam egregiamque regis boni imaginem sibi finxit. Omni modo corporis et animi exercitâtione, ut magnorum imperatorum exemplum aequaret, operam dedit. Quum his animi corporisque virtutibus ornatus imperium regni borussici suscepisset, mox, quae magnae res eum moverent, ostendit. Bene igitur legatus quidam de eo scripsit: „Um einen richtigen Begriff von der neuen Regierung zu geben, darf man nur sagen, dass der König schlechterdings Alles selbst thut und dass der erste Minister Nichts zu thun hat, als die ihm direct aus dem Kabinete zukommenden Befehle auszufertigen, ohne dass er über Etwas befragt wird. Unglücklicherweise ist nicht Einer um den König, der sein ganzes Vertrauen hätte und dessen man sich bedienen könnte, um mit Erfolg die nöthigen Einleitungen zu machen, daher denn ein Gesandter sich hier weniger zurechtfinden kann, als an jedem andern Hofe.“ Qui magni regis

agendi modus necessarius fuit eo tempore, quo paene omnibus Europae civitatibus principes, quos Fridericus ingenio superavit, quique non raro ad corrumpendos homines pecunia usi sunt, praefuerunt. Fridericus splendorem regni borussici, quod a maioribus acceperat, augere voluit, ut inter ceteros Europae principes opibus et magna vi excelleret, imperio igitur suscepto animum ad Silesiam vertit, cuius egregiae provinciae nonnullas partes iure ab Austriae imperatrice repetiit. Frustra, ut hae partes ei redderentur, postulavit, quum vero omnia eius consilia reiicerentur exeunte anno 1740 cum exercitu Silesiam ingressus est eamque occupavit. Bellis inde exortis Silesia eripi non potuit. Bella silesiaca et bellum, quod per septem annos Germaniae Borussiaeque magnas partes devastavit, feliciter gesta sunt a magno rege et pace anno 1763 composita victor Fridericus omnes terras, quas antea habuit, tenuit. Temporibus quietis, quae deinde sequebantur rex pacis amans, usus est ad provincias, quae bellis illis cruentis permultum perpessae erant, restituendas. Magna perfecerat rex bello, sed maiora ad finem perduxit pacis tempore. His omnibus rebus ita praeter ceteros principes excelluit, ut recte tempus illud aetas Fridericiana appelletur. Ut semper exercitum bene instructum omnibusque ad bellum necessariis rebus ornatum haberet, nam ex illorum temporum sententia multitudo militum armis optime praedita solum regnorum praesidium putabatur, eum maxima cum severitate et exercuit et auxit. Eadem vel potius cum maiori cura oculos ad provincias bellis dirutas vertit, tributa et vectigalia aliquod in tempus incolis donavit, fruges inter pauperes distribuit, ut agros devastatos denuo colerent, pagos atque urbes igne deletas restauravit, multosque vicos novos aedificavit. Parsimonia sua permagna haec omnia perfecit, quo factum est, ut omnium subiectorum amorem sibi maximopere conciliaret. Pari amore omnes imperii incolas amplexus est, prae omnibus autem Silesiae carae curam adhibuit, nam qualis provincia esset, bene cognoverat. Tali modo provincia haec a rege optimo adiuta valde progressa est atque Fridericus gaudio maximo fuit affectus, quum progressus videret, nam et minimae res eius sagacitatem non effugerunt. Assiduitate mira usque ad mortem omnia negotia ipse curavit, nihil morti similius esse putans quam otium. Eius exemplum omnium provinciarum incolae secuti sunt, eius studio incitati libenter, quae iussit, perfecerunt. Agricultura, artes, literae florere coeperunt, scholis publicis operam navavit et leges, quas ad eas emendandas dedit, etiam nunc omni admiratione dignae sunt, sicuti leges, quae ad civium iura firmanda ordinandaque sunt latae. Non mirum igitur, quod regem tantis virtutibus insignem non solum Borussi, sed etiam externarum nationum homines omni laude celebrarunt. In numero eorum ponendus quoque est consiliarius aulicus et librorum censor de Birkenstock, qui Viennae vixit. Ioannes Melchior de Birkenstock Heligenstadii in Eisfeldiae urbe 1738 10ma die Maii natus est, Gymnasiumque huius urbis adiit, ut ibi literarum initia faceret; gymnasii studiis magna cum laude absolutis Moguntiacum se contulit et in illa universitate, quae tum maxime floruit, iuris prudentiae studuit. Iuvenis sic optime excultus

Viennam profectus est, ubi, quum egregia prudentiae sapientiaeque argumenta ederet, duce celeberrimo de Kaunitz gravia negotia ita egregie gessit, ut consiliarius aulicus et librorum censor nominaretur. Diem supremum obiit 1807. Birkenstock negotiis vacuum tempus literis adhibuit pluraque scripsit, quae, ut legantur, digna sunt. Inter scripta eius primum locum tenet inscriptio in Fridericum secundum Borussorum regem, quae prius impressa in Silesia non cognita esse videtur. Non solum res, quae auctor tractat, sed et genus scribendi elegans hanc inscriptionem commendant, qua de causa in nostra provincia hanc editionem curavi, sperans, fore ut lectores eam a. 1841 benevole excipiant. Non ultima Friderici secundi laus est, quod austriaca merens stipendia, liber ab omni rivalitate et praemii spe, de re literaria Austriae et regnorum eius sceptro subditorum optime meritus, a consiliis aulicis imperatoris, horti vix pacato tam excellens elogium scripserit, et si quaedam ex eo fonte derivanda minus placuerint, sibi dictum putet benevolus lector: ubi plura nitent, levioribus ne offendare maculis. Huic iudicio, quod vir de patria optime meritus hac de inscriptione tulit, sine dubio quivis adsentietur. Inscriptio ipsa, quae primum Viennae 1786 divulgabatur, Berolini tanto plausu accepta est, ut comes de Hertzberg valde ea delectatus translationem ex latina in germanicam linguam institueret, quam tres aliae mox sequebantur, nulla vero argumentum grave et orationem numerosam bene reddit.

Scribebam Glivitii Idibus Ianuariis 1841.

Heimbrod.

OLYMPVM. ADIIT.
SEMIDEIS. DVDVM. ADSCRIPTVS.
R E X.
ΣΟΦΟΣ.

PRINCEPS. IVVENTVTIS.
FRENI. IMPATIENS. IN. AVDACIAM. PRORVMPENS.
A. PATRE. REPRESSVS. CAPITE. PERICLITANS.
SOLITARIVS.
ANIMVM. IN. VENTVRA. EXCOLVIT.
E. CVSTODIA.
PARNASSVM. CREAVIT. AC. STOAM.

AB. AVO. CORONAM. FELICI. AVGVRIO.
A. PATRE. LEGIONES.
PROCERITATE. ARMATVRA. DISCIPLINA. AGILITATE.
INCOMPARABILES.
NVMMORVM. COPIAM. REDITVS. VECTIGALIA.
MIRO. INGENIO. MIRA. SOLLICITVDINE. PARTA.
TANDEM. NACTVS.
ANNORVM. XXVIII.

VNVS. OMNIVM. PROTINVS. EMINVIT.
NOVO. SPECTACVLO.
AVTOCRATOR.
CONSTITVTIONE. CONSILIO. MANV.

VIAM. PEDE. CERTO. INIENS.
SELEGIT. PERSPICAX. QVI. STERNERENT.
NE. CONTERERET. PRAECEPS.
PROGREDI. VISVS. REGREDI. POENITERE. NVMQVAM.
AGRICOLARVM. SERVATOR. TVTELA.
MERCATVRAE. PRAESIDIVM.
INDVSTRIAE. OMNIS. INCREMENTVM.

MILITEM. TIRONEM.
CONTRA. REGINAM. A. GALLO. BOIOARO. PRESSAM.
OPPORTVNE. EXPERIENS. BIS.
VLTRA. SPEM. FELIX.
MOX. ARROGANS. ASPER.
PRIMVM. VI.
POST. CONSILIIS. ARTE. ASTV.
ADIECIT. IMPERIO. DVAS. TERTIAS.
AMBITVS. PONDERIS. ROBORIS.
SILESIAM. FRISIAM. SARMATIAE. PARTEM.

MAIORES. VIX. NOMINE. COGNITOS.
REGVLOS. CENSENS. AD. ARCTVM.
OBSCVROS. INGLORIOS. TANTILLOS.
ARABVM. AEGYPTI. PRAEFECTO. NEDVM. AEQVIPARABILES.
SVPERBVM. MVHAMEDIS. IMPERIVM.
FAMA.
TANTI. IN. TOGA. IN. SAGO. PRINCIPIS.
ORBEM. TERRARVM. PERVAGANTE.
TACTVM. PERCVLSVM.
ORATORE. HONORAVIT.
SALVTAVIT. AMICVM.
POLLENTE. ABHINC. MAXVMVM.
IN. OTTOMANNORVM. SENATV.
LEGATI. NOVI.
NOVA. INSVSSVRANTIS.
SENTENTIA. MONITV.

IN. PERITIA. CIVILI. MVLTA. IN. MILITE. SVMMA. POSVIT.
IPSE. DVX.
COMMILITO. SINGVLORVM. TESTIS. HORTATOR.
VICTORIARVM. PARS. MAXVMA.
INSIDIAS. EXPLORANS. VIGIL.
FEFELLIT. PRVDENS.
IRRVENS.
REGIS. FINITIMI. EXERCITVM.
AGMINE. CIRCVMVENIT. ABDVXIT.
REGIONES. OBSEDIT.
FAMILIAM. MOENIBVS. INCLVSAM.
PAVENTEM.
DISCESSV. DONAVIT.

EXACERBATUS.
GERMANIAM. ARMIS. QVASSAVIT.
TRIBVTIS. MVLCTAVIT. FOEDERATOS.
COMITIA. DELVSIT.
ORDINES.
VINDICTA. MINIS. SVPERCILIIS.
TREMEFECIT.

CAESVS. IMMOTVS. FLECTI. NESCIVS.
VICTOR. ATROX. INSTANS.
FORTVNA. IN. VTROQVE. MAIOR.
BELLVM.
VLTRA. LVSTRVM.
CONTRA. AVSTRIAM. RERVM. DOMINAM. REGINAM.
GALLIAM. SCANDINAVIAM. SCYTHIAM.
EVROPAM. OMNEM.
SVSTINVIT. PAENE. SOLVS.
COMPOSVIT.
REGNO. NIHIL. VVLNERATO.
VIRIBVS. INCONCVSSIS.
AERE. SOLVTVS. ALIENO.

QVARTVM. MOVIT. LVDENS. EFFIGIEM.
NIL. EXPETENTEM. SIBI.
ALIORVM. SEDES. AVITAS.
ANTIQVA. TVTANTEM. IMPERII. PALLADIA.
IACTITANS.
CONFECIT. STATIONE. TRIMESTRI.
INGENIO. BLANDIMENTIS.
PROVINCIAS. DISSIDIORVM. ALIQVANDO. FOMITEM.
VINDICANS. PRIMVM. GENITO.
CATHARINA. LODOVICO. ANNVENTIBVS.
FIRMANTIBVS.
SPONSIONE. SACRAMENTO.

SEVERIORIS. DISCIPLINAE.
COHORTVM. TVRMARVM. MVLTITVDINE. INNVMERABILIVM.
AVCTOR.
PVERVM. OMNEM. AD. SIGNA. NASCI.
IVVENEM. CONSCRIBI. IMPERANS.
DESPOTA.
PRINCIPATV. DIGNISSIMVS.
DOMINATVS.
EXEMPLVM.
EHEV.
AC. MAGISTER.
AST. IN. OMNI. IMPERIO. QVANTVS.

AEQVI. TENACISSIMVS.
NEFASTI. VLTOR. IMPLACABILIS.
THEMIDEM. NORMA. NOVA.
LITES. COMPENDIO. CIRCVMSCRIPSIT.
IN. AMBIGVIS.
CASVRVM. SANCIVIT. CAVSSA.

AERARIVM. POTENTIOREM.
NEMESIN.
AB. IMMANITATE. ALIENAM.
SONTIBVS. OPITVLARI.
GENERIS. VITAE. SCRVTARI. RATIONEM.
CIVES. IN. PVBLICA. COMMODA.
CASTIGARI. EMENDARI. VOLVIT.
NON. MACTARI. SVPPLICIIS. INFAMIA.
PROMISCVE. PERPERAM.

BONVS.
PAR. CVM. FACVLTATE. BENIGNITAS. LIBERALITAS.
IACENTIBVS.
COLLVCTANTIBVS, CVM. CALAMITATE. PVBLICA. DOMESTICA.
SAEPE. AVXILIATOR.
SVPPLICVM. VOTIS. VELOCIOR. MVNIFICENTIOR.
ACCESSVM. SINGVLIS.
SECVRITATEM. VNIVERSIS. PRAESTITIT.
DE. PATRIA. MERITOS.
ALIENIGENAS. CVLTIORES.
BENEFICIIS. HONORIBVS. FAMILIARITATE. COHONESTAVIT.
VRBANVS. FACILIS. COMIS. AMOENVS. SVAVE. LOQVENS,
MIXTO. CONSILIIS. LEPORE. SALE. ATTICO.
DVLCI. EPVLAS. INTER. IOCO.
RARA. SORTE.
AMICOS. NVMERAVIT. REX.
COLVIT. ADSTRINXIT.

VETERVM. NOVORVM. LIBRIS. MVLTA. DOCTVS.
EDOCVIT. IPSE. PLVRIMA. GRAVIORA.
ONOSANDER. XENOPHON. PLATO. ORPHEVS.
IN. MVSARVM. CONTVBERNIO.
SEQVANORVM. POLITIORES. ADAMAVIT.
PATRIIS. SE. PVERO. INCOMTIS.
RAVCVM. SONANTIBVS. AGRESTIBVS.
ILLAS.
IN. REGIA. IN. SINV.
FOVIT. AMICE. SPLENDIDE. DITAVIT.
BRENNVS.
HAS.
AD. ROMANARVM. GRAECARVM. INVIDIAM. ADVLTAS.
INSANABILI. AD. VENERES. DELICIAS. STVPORE.
ADSPERNATVS.
INDIGNANTE. MINERVA.
INDIGNANTE. GENIO. TEVTONIAE.
PLACAVIT. DEVM. DEAMQVE.
PHILOSOPHIAM.
AD. EVCLIDIS. NORMAM. COMPOSITAM.
AVGVRVM. METV. ODIO. SVSVRRIS.
PONTIFICVM. ARTIBVS. EXPVLSAM.
LANGVENTEM. TREMVLAM. NVDVLAM.
RECIPIENS. PRIMVS.
COMPEDE. SOLVTAM. CONDECORANS.

IN. SVOS.
IN. FINITIMOS.
AD. TAGVM. TIBRIM. BOSPORVM. VSQVE.
INVEHENS. RADIANTEM.

CVLTOR. DEORVM.
PARCVS. TVRE. TEMPLIS.
PERPETVVS. CVRA. VIGILANTIA. LABORE. REGIO.
SECTARVM. DERISOR. NVLLIVS. ASSECLA.
FANATICORVM. DIVINA. MENTIENTIVM.
SVPERSTITIONIS. ET. QVAE. DELIRANT. MORTALES.
OSOR. DESTRVCTOR.
RATIONIS. POST. SECVLA. VINDEX.
SAPERE. SVASIT. COEGIT.
EVROPAE. FACIEM. IMMVTAVIT.
IN. PROCERVM. CONCILIO.
ODYSSEVS. SIMVL. AC. NESTOR.

PARCVS. AERARII. PROVIDVS.
SIMPLEX.
DIGNITATE. OPERE. PRAEFVLGENS.
NON. FASTV.
LVXVM. AB. AVLA.
FAMEM. A. PROVINCIIS. ABESSE. IVSSIT.
IN. REIPVBLICAE. SPLENDORE. VTILITATIBVS.
LARGVS. PRODIGVS.
VRBEM.
AEDIFICIIS. THEATRIS. PLATEIS.
VILLAM.
HORTIS. PALATIIS. ARTIVM. MONVMENTIS.
MAGNO. AERE. DELECTV. MAGNO. COMPARATIS. ORNAVIT.
FINES.
AGGERIBVS. CASTELLIS. PROPVGNACVLIS.
CIRCVMSEPSIT. FIRMAVIT.

ROGATVS. ACCESSIT.
CLASSIVM. ARMATA. MANV. NEVTRARVM.
PORTENTOSO. IN. OCEANO. FOEDERI.
DOCVMENTA. DATVRVS.
BRITANNIAE.
AMICVM. COPIIS. AVCTORITATE. POTENTEM.
PEROSAM. NON. FORE. IMPVNE.
ORBI.
COALESCERE. NOVARI. NIHIL.
SE. INSCIO. INVITO.

SVDAVIT. ALSIT.
NVLLA. SINE. LINEA. DIES.
SINE. LAVREA. AETAS.
VIDERE. NON. CONTIGERAT.
PAREM.

CONSENESCENS.
ATTONITVS. INGENTI. AEMVLO.
SPECTRVM. CONFINXIT. CLAM.
TERRICVLVM. MONSTROSAM. SPECIEM.
MOX.
EVOCATIS. ARMINII. MANIBVS.
IN. SCENAM. PRODVCENS.
AB. IMPENDENTIS. EXCIDII. PRAECONIBVS.
PATRIAM. VACILLANTEM.
ORBEM. ILLAPSVRVM. CLAMITANTIBVS.
PER. GERMANIAM. OMNEM.
CIRCVMGESTARI. IVSSIT.
FVLMINATOR. OLIM. AC. FERREVS.
IPSE.
TREPIDARE. SIMVLANS.
SOCIOS. PERICVLI. ADSCIVIT.
VAFER. ADVLATOR. ANTESIGNANVS.
CONTVRBAVIT. RVMORE.
OBSTRINXIT. CREDVLOS. IMMEMORES.
IN. PARTEM. FOEDERIS.
COMMODA. PACTVRVS. SIBI.

PARI. ARTIFICIO. IMPARI. FORTVNA.
RETICVLVM. IACIEBAT. QVONDAM.
ARGONAVTIS.
DIVTVRNA. TEMPESTATE. CONTVSIS. NAVFRAGIS.
SPOLIIS. ARCANIS. GRAVIDOS.
SPE. OMNI. DEIECTOS.
QVO. SE. QVO. GAZAS. RECIPERENT. ANXIOS.
RATVS. TEMERE.
INVITANTE. NEQVIDQVAM.
NEQVIDQVAM. POLLICENTE.
CONTRA. BVRBONIORVM. ODIA. PERTINACIAM.
CONTRA. VATICANI. FVLMINA.
PORTVM. ASYLVM. IASONEM. NOVVM.
COMMVNITATEM. MORE. SVO. PERPETVAM.
DECRETO. PROCONSVLE. REGE.
PROCVL. ESSE. MALVERE.
FVTVRORVM. PROVIDI. SAGACIORES.

TERRAS. LIQVIT.
PRINCEPS. OPTVMVS. FORTISSIMVS.
VETERANVS.
GLORIAE. SATVR.
AETERNVM. MEMORANDVS.
LVGET. OMNIS. PRVSSIA.
ORBA. SQVALENS.
NOMEN. SERVATVRA. CEDRIS.
MARMORIBVS. FLACCI. SVI. FIDIBVS.
ADMIRATIONEM. ANIMIS.
REVERENTIAM. AMOREM. CIVIVM. PECTORIBVS.
INGEMISCVNT. DOLORE. SVPERSTITES.
STVPENT. POPVLI.
INCVSABVNT. FATVM. POSTERI.
FVISSE. MORTALEM.

Spicilegium philologum. *)

Prodidit

Carolus Guilelmus Nauck, Dr.

1. *Quid sit, quod Il. XI, 239. Agamemnon cum leone comparetur.*

Homeri hoc est maxime proprium, ut, quum rerum inter se conferuntur similitudines, non singula quaeque quadrent et congruant, sed unum quoddam sit momentum et quasi punctum, circa quod comparatio omnis vertatur. Sic ad declarandam eximiam corporis formam ac dignitatem, qua fuerit Agamemnon, dux ille Graeciae, „egregius inter multitudinem et insignis inter heroas“, ipse comparatur cum tauro inter congregatas boves excellenti; sic Ulixes ille, in primis magnus homo atque sollers, quod aciem suorum instruens eximie ducis sustinere partes videatur, ob eam ipsam rem similis esse dicitur densi velleris arieti magnum candidarum ovium gregem obeunti; sic denique Ajax, patientissimus Telamonis filius, ubi lentus fuisse memoratur ad cedendum nec nimium moratus insequentes telis Trojanos, tardo cuidam comparatur asino, qui altam in segetem ingressus non moretur baculos circum se fractos, non pueros timeat omnibus viribus verberantes nec prius recedat, quam sit saturatus pabulo. Quod si est, facile intelligitur, quanto studio id agere deceat interpretem, ut in similitudinum comparatione quid potissimum valeat quidque primum sit quam diligentissime perspiciatur, ac dici vix potest, quantopere multi saepe in eo lapsi sint grammatici. Ex plurimis autem, quae memorare possum, exemplis unum attulisse satis erit, quod et praeter cetera memorabile visum est et quod ita est joculare, ut ridentes verum et ridenti, nisi fallimur, lectori dicturi simus.

Homeri Il. XI, 238. sqq. haec sunt verba: „Cuspidem adversarii manu prehensam late rex Agamemnon trahebat ad se ardens veluti leo et ex manu ejus evellit.“ Ad haec interpretanda Hey-

*) Die folgenden Quaestiunculae wollen und sollen nichts weniger sein, als gelehrte Quaestiones. Auch würde, wenn irgendwo, so hier das Dictum: „Je gelehrter, je verkehrter!“ seine Anwendung gefunden haben; denn was ich hier zur Probe und zur Beurtheilung vorlege, ist zunächst für meine Schüler niedergeschrieben worden, die es deutsch erhielten, um es lateinisch wiederzugeben, und vor nichts hat sich wohl der Lehrer mehr in Acht zu nehmen, als dass er seinen Schülern nicht paradoxe Gelehrsamkeit zum Besten gebe. Die Früchte seiner gelehrten Studien, nur nicht Gelehrsamkeit! Einen Punkt scharf und bestimmt ins Auge gefasst, diesen einen Punkt sicher und unverrückt im Auge behalten und frisch und mit gewissen Tritten darauf los gegangen: so kommt man zum Ziele. N.

nius, non indoctus neque ineptus alioquin interpres, quem tamen in explicanda Iliade illa non semel dormitasse neminem praeterierit, nisi qui dormitans et ipse fusos viri commentarios perlegerit, ista notavit: „solere leones venabulum, quo percussi sint, mordere atque sic e manibus vulnerantis retro ad se trahere". Qua quidem sententia haud scio an absurdius nihil aut magis absonum possit esse. Mordere fustem, quo petitus fuerit, in canem cadit catena adstrictum, in leonem non cadit. Omnia vero apta exsistunt ingenioque vatis Maeonii dignissima, ubi id, quod in comparatione instituta summum est, sis assecutus: quod qua in re situm sit, mihi equidem neque incertum videtur nec obscurum. Etenim quum Agamemnon hastam adversarii manu arreptam ad se traxisse ardens traditur uti leo ac de manu illius eripuisse: quis est, quin *tertium* illud quod vocant *comparationis* non esse in trahendo aut eripiendo videat, sed in ardore viri, in impetu, in vehementia heroë dignissima, qua cum adversario contenderit? Ardentem fuisse regem ut leonem, hoc spectandum, hoc urgendum, hoc tenendum est; quod eundem comprehensam adversarii hastam ad sese legimus traxisse, etsi a re ipsa alienum non est, ad comparationem tamen haudquaquam pertinebit.

2. Ἔγχος ὀξυόεν, *apud Homerum saepissime commemoratum, quale tandem intelligendum sit.*

Ab antiquissimis temporibus magnum inter grammaticos invenio certamen fuisse, ἔγχος ὀξυόεν utrum *fagineam* hastam an *acutam* Homerus dixisset. Nam quum et qui hoc tenendum esse censerent et qui illud, utrique viderentur habere quo suam sententiam confirmarent ac defenderent, quo ex omni eam eximerent dubitatione nihil haberent: res ne posse quidem diiudicari, ut nihil dubitationis subesset, videbatur, itaque hodie etiam, si quis lexicon consuluerit Passovii, inops ille consilii dimittetur. Nihilo tamen minus, quod dubitare possis an lateat, patet. Quum enim Il. XIII, 584. Menelaus, infelicissimus ille Tyndaridis coniux, ἔγχεϊ ὀξυόεντι contendisse narretur, atque idem illud ἔγχος v. 597. dicatur μείλινον; quumque facile appareat, unam eandemque hastam et acutam et fraxineam esse posse, fagineam simul et fraxineam non posse: conficitur profecto, ut sine ulla dubitatione haec sit amplectenda sententia, ἔγχος ὀξυόεν Homero hastam esse acutam. — Ex his simul intelligitur, quam temere faciant et quam inconsulte, si qui certum aliquod de his quaestionibus iudicium vel proferre conentur vel posse proferri negent neque totum, de quo agitur, librum oculis perlegerint. Ipse scilicet Homerus, ut penitus cognoscatur, tam est legendus atque lectitandus, quam qui maxime.

3. *De propria vi et significatione vocabuli „saltus", ubi pro loco montoso ac silvoso habetur, quaestiuncula etymologica.*

In lexicis plerisque omnibus diversi duo reperiuntur saltus: quorum unum, actum saliendi, factum esse a saliendo, ut a currendo fit cursus; alterum, obscurioris videlicet et reconditioris originis, aut a Graeco ἄλσος ortum esse, quod nemus significat, aut si a verbo saliendi originem duxerit, duxisse ideo, quod in saltibus, ut pascuis, pecora soleant salire. At vero qua ratione ex Graeco ἄλσος saltus fieri potuerit, ego non video, neque magis illud mente assequor, quo modo fieri potuerit, ut exsisterent, qui propter pecorum saltus locum ipsum, per quem salirent — vel non salirent, putarent saltum esse nominatum. Sed enim hoc videor videre, nihil scilicet novum; est enim jam a Koeppeno*) illo Iliadis explanatore indicatum; sed id tamen, quod te quoque probaturum confidam; hoc igitur dico, saltum non solum ubi corporis illum motum impetumque significet, sed etiam tum, quum pro colle est, a saliendo esse dictum, ac non propter salientia ibi pecora, sed quod locus ipse, ut collinus, ex terra saliret quasi ac prosiliret: idque quum ipsum per se non dubium videretur, tum etiam confirmatum est ratione Grajorum, qui collem e campo prominentem *θρωσμὸν πεδίοιο* — *διὰ τὸ προθορεῖν ἐκ τοῦ πεδίου* — dixissent.

Iam vero alterum quoddam quaerendum esse visum est: qui factum esset, ut saltus non modo collem, ut Graecorum *θρωσμός*, sed silvosum maxime collem significaret. In eo si quis offenderit, tamen est certum, quid respondeam; quum enim novum illud et singulare videri possit, nullo certe exemplo non factum est. Neque enim ita raro accidit, ut, quae primo essent communes rerum appellationes, sensim in propriam aliquam singularemque significationem abierint. *Copiae* quidem, quod vocabulum principio ad quamlibet qualiumcunque rerum abundantiam significandam valet, de *militum* potissimum multitudine usurpatur; *emere*, quum primo esset sumere universe, id quod Composita demere, eximere, all. ostendunt, paullatim ad id significationis delapsum est, ut emere aliquid proprie dicantur, qui *dato* sumant *pretio*; *orare*, quum generaliter sit ore proferre idemque fere valeat quod dicere, inde *preces* proferendi i. e. rogandi precandique notionem assumpsit. Consimili igitur ratione saltus significationem angustioribus finibus circumscribi coeptam esse statuo. — Ceterum nota proverbium: „uno in saltu apros capere duos" (Plaut. Cas. 2, 8, 40.), quod idem est atque illud: „duos parietes de eadem fidelia dealbare" (Cic. Fam. 7, 29. extr.) vel detracta imagine: „una mercede duas

---

*) Koeppenus, v. bosior alias, ad Il. X, 160. breviter haec notavit: „ὁ θρωσμὸς von θρώσκω wie saltus von salire."

res assequi velle" (Rosc. Am. 29, 80.); quod nostri homines „muscas uno ictu duas contundere" dicunt.

4. „*Novator verborum*" *Sallustius cur dictus videatur.*

Neminem fugit exstitisse, qui Sallustii scripta reprehenderent ut nimia priscorum verborum affectatione oblita et inquinata, eodemque putant *) spectare, quod is apud A. Gellium I, 15. extr. *novator verborum* appellatur. Nos vero novatorem illum verborum non eum intelligimus, qui prisca obsoletaque verba novet repetendo ideoque renovet, sed qui nova verba fingat et faciat ipse, nova rerum nomina proferens. Ipse iam locus Gellianus, de quo loquimur, hic est: „Valerium Probum, grammaticum illustrem, ex familiari eius, docto viro, comperi Sallustianum illud (Cat. 5.): „Satis eloquentiae, sapientiae parum" brevi ante, quam vita decederet, sic legere coepisse et sic a Sallustio relictum affirmasse: satis loquentiae, sapientiae parum; quod loquentia novatori verborum Sallustio maxime congrueret, eloquentia cum insipientia minime conveniret." Primum autem hic est certus et constans cum Ciceronis illius tum probatissimi cuiusque Romanorum scriptorum usus, ut novare verba dicant eum, qui nova verba inveniat, excogitet, gignat; ex quo id efficitur, ut leges linguae id, quod volumus, non modo suadere videantur et commendare, sed postulare atque flagitare debeant. Deinde loci nostri ea, si quaerimus, est sententia, ut alia aliorum interpretatio ferri prorsus nequeat. Fac enim, ponamus Sallustium scripsisse satis *loquentiae:* priscum ille verbum recoxisset, an novum finxisset? Ubi, quaeso, ubi tandem sunt illi priscorum scriptorum libri, in quibus loquentia reperiatur? — nisi forte ad epistolas provocabis Plinii, qui, quod equidem sciam, primus id verbum admisit.

5. *De sole et luna, diverso apud diversas gentes genere insignitis.*

Quo modo dicamus factum esse, ut, quum et Graeci ac Romani et Francogalli aliique recentioris aetatis populi Solem, illustrem diei gubernatorem, virum fecerint, albescentem noctis dominam Lunam feminam, nostrates aliam sint ac diversam rationem secuti? Id nisi forte quadam accidisse statuas, quod si feceris non magno-

---

*) Georges, Lexic. II, p. 393., haec habet: „novator verborum, der alte Wörter wieder aufbringt". Forcellinus, III, p. 182., novator, qui novat, in usum revocat quae obsoleverant. Gell. 1, 15.": quanquam his bene repugnare videtur, quod I, p. 625. scriptum legimus, „Gell. 1, 15. verborum novatorem appellat (int. Sallustium). Contra (sic!) Asinius Pollio.... ejus scripta reprehendit, ut nimia priscorum verborum affectatione oblita." Krebsius qualem de novatore verbb. Sallustio sententiam conceptam habeat, ex his, quae sunt in Antibarbaro p. 5, n. 5., haud facile conieceris. N.

pere repugnem, hoc fere, opinor, possis proponere. Quanto solem vi sua et efficacitate praestantiorem apparet esse luna, tanto quum vir et corporis siccitate patientiaque laborum et animi magnitudine ingeniique gloria mulieri antecedat: nescio, an hac potissimum ob causam masculinum soli genus addiderint, neque eam scientes magis quam sentientes, quod esset sol adspectu maior, vi validior. Quid vero illi, qui, sicuti Germanorum gens, viam plane diversam sunt ingressi? Hos quidem fecunditatem magis quam aliud quidquam spectasse censeo. Quod sol calore suo, quaecunque in terris gignuntur, foveret et sub auras eliceret, ideo feminam eam, quippe quae communis mater genitrixque omnium rerum esset, fecerunt. At, sic enim dixerit aliquis, quum sol longe sit luna illustrior, pariterque mulieres forma venustateque praeter viros soleant exsplendescere: nonne haec quoque proferri possit sententia, qui femininum genus soli tribuerint, eos quadam erga Veneris filias urbanitate vel ductos tribuisse vel deceptos? Talem sententiam posse proferri non nego, ferri posse nego. Nam quo minus ita se res habere possit, maxime obstat Francogallorum ingenium: qui, quum omnium se nationum elegantissimos omnique urbanitate politissimos et esse velint et videri, nunquam, credo, commisissent, ut solem suum virilitate donarent, si aliter mulierum vanitati se gratum facturos sperassent.

6. *De Verborum quorundam origine et principali significatione.*

Ad veram et propriam verborum vim exquirendam et constituendam nullum neque commodius neque certius suppetere adiumentum, quam diligentissimam animadversionem aliorum verborum eadem ratione (*ἀνὰ τὸν αὐτὸν λόγον*) ortorum, i. e. analogiae, cuius, ut ait Quinctilianus, haec est vis, „ut id, quod dubium est, ad aliquid simile, de quo non quaeritur, referat, ut incerta certis probet:“ illud neque per se obscurum est et ex his, quae subiicientur, exemplis apparebit. Quum enim minime incertum esse videatur, qua significationis propinquitate inter se contineantur *fugere* et *fugare*, *sedere* et *sedare*, *clarere* et *clarare*, *liquere* et *liquare:* eius analogiae ope non ineptum iudicabitur si alia quaedam Verba, quorum obscurior si non significatio, at principalis certe est significatio, et unde orta sint et quid significent revera, tentaverim enucleare. Primum igitur *parare* non dubito quin sit facere, ut *pareat* i. e. appareat aliquid; item *placare* facere, ut aliquid *placeat* s. placidum sit; *legare* facere, ut aliquis *legat* viam i. e. proficiscatur; *pacare* facere, ut aliquis *paciat* i. e. paciscatur. Pari modo, quum primitiva horum Inchoativorum Verba non sint in usu, pariter, inquam, inter se connexa sunt *tardescere* et *tardare*, *durescere* et *durare*, all.

2. *Claudĕre* deinde non dubito quin eandem sequatur analogiam, quae est in Verbis *jacēre* et *jacĕre*, *pendēre* et *pendĕre*, *parēre* (= apparere) et *parĕre*, *candēre* et *candĕre*

(quod quidem exhibent Composita accendo et incendo); quumque *claudĕre* sit obserare, intercludere, impedire, *claudēre* illud principio quidem impeditum esse, inde claudum esse existimo significare. Ipsum quoque *claudĕre* pro claudicando aliquando poni, non est, quod mirum videatur; constat enim, eadem saepius Verba caussativam simul et immediativam, quam dicunt, vim retinere: quanquam eorum locorum, quos apud Forcellinum s. v. *claudĕre*, n. (I. p. 477.) allatos reperimus, multo plures alterius quam tertiae Coniugationis verbum claudere videntur praebere.

3. Etiam illud adiungo, qua ratione *pacisci* dictum est a *paciendo*, eadem a *proficiendo* medialem formam *proficisci* (sich aufmachen) esse ortam.

7. *De particulis antea, interea, postea, praeterea, propterea, quo modo ortae sint quidque valeant, quaestio grammatica.*

